Bufsius

Petrus

see p. 238

Ad Phisicam Introductio.

In vera Phisicae arte disceptatrice incipienda, rebusque abstractis investigandis, spirituum natura, ac proprietatibus contemplandis moribusque ad honestatis regulas conformandis superiorem insumpsimus annum Juvenes dilectissimi. Nunc vero studiis aliud argumentum dignitate non minus commendabile rerum varietate aeque iucundum est, illud in omnibus partibus secundum fissime nostro exposcit labores, ut Phisicam nuncupatam sicuti tempe naturae corporeae contemplationem proindeque illarum rerum quae hujusmodi componuntur causas, et proprietates sedula investigatione complectens. Antiquiores veteres [illegible] prae ceteris Philosophiae partibus habebant, ut eos sive soles appellare consueverint Philosophos qui rerum corporearum naturas causasque attribuere felicius ac diligentius erant reperti. Sed cum eo perspicuum est disciplinarum materia eo maioribus obsideatur difficultatibus perspicuum sane est quantis et quam multis abundet Phisica quae universam Mundi aspectabilem compagem suo ambitu continere gloriatur. Quam propterea in quae elius veritas diligentesque contemplatores [illegible] nostra procedere fuerit, nunc certe cautis omnis omnisque cura est adhibenda, ut luto profun-missalle veritatis adhibimus veritatis fideique christianae conversa ab erroneis secernere valeamus. Cum autem id consequi minime liceat, nisi veterum simul ac recentiorum Philosophorum placita ad rectae rationis trutinam, decluso omni partium studio, revocata maturius expendantur, id praestabimus: delec-tum inde sententiarum, hujus veteribus cum recentioribus asserendam habere studebimus, sicque liberi dispendium vitantes illius operis finem obtinebimus cui exordium statuimus erit autem ex principiis illarum, unde rerum quas tractat rerum omnium naturalium, hinc etc.

Phisicae Tractatus 1.us

Brevis primorum principiorum notio

Intrinseca corporis naturalis principia, seu primae rerum exordia ea sunt ex quibus intrinsece permanentibus res quaelibet primo constituitur; principium dicitur a principiando seu rem exordiendo dicitur. Intrinsecum dicitur ex eo quod perveniat

1

exhibitionem ad compositum constituendum concurrat et conveniendo habeat
ut partes, sed in compositione neque de facto manente, sed contradistinctione
eorum quae extrinsece dantur rei principiantem, ut sunt impellans, efficientes
a quibus licet per veram emanationem aut originem res fluant, non ideo in-
trinseca rerum principia vocantur. Sunt vero intrinseca, cum ex ipsis nunquam
ex compartibus nullo pacto dici possit res componi. Haec autem praeter rerum
naturalium intrinseca principia in quolibet systemate talia esse debent
ut quatuor hasce conditiones habeant, quarum prima est ut neque ex se se neque
ex aliis, sed ex ipsis res componi poterunt. Secunda ut compositum possit physice
resolvi in ipsa, iuxta illud quod primum est in compositione ultimum est in resolu-
tione. Tertia ut certe et adequate ad invicem distinguantur. [illegible]
principia esse debent incomposita et ideo incomposita ut nihil de entitate
unius ingrediatur in constitutionem alterius. Quarta ut sint apta consti-
tuere mera illa quae sunt in natura. Videamus horum prin-
cipiorum numerum stabiliendo. Dico

Assertio 1.a

In quolibet systemate duo intrinseca corporis naturalis principia sunt admittenda,
quorum unum materia, alterum forma appelari potest. Hic autem dico loco
pro materia nil aliud intelligo nisi aliquod ex se se vagum, commune, indet-
erminatum, sed simul contrahibile, modificabile ac determinabile per aliquod
aliud ad esse aliquid specificum; pro forma vero nil nisi quid contrahens,
modificans, determinans ac speciem tribuens materiae de esse vago, com-
muni et indeterminato ad aliquod esse specificum et determinatum. Unde
pro nunc liceat cuilibet sic vario intelligere per materiam et formam quod magis
arridet.

Probatur. In quolibet systemate corpus naturale constitutive et ex intrinsecis sui im-
portat quid vagum, commune et ex se indeterminatum, et simul aptum contrahi, modi-
ficari et determinari per quandam [illegible] generice convenit, et in aliis
parte necessario et essentialiter non constitutive importat quid proprium par-
ticulare et privativum per quod a ceteris distinguitur. Ergo corpus naturale in
quolibet systemate importat constitutive et essentialiter materiam et formam;

Atque sic importantur a corpore in quolibet sistemate sunt eius intrinseca principia et hec duo sunt, ergo in quolibet sistemate duo sunt principia intrinseca corporis naturalis.

Assertio 2a

In nullo sistemate principia intrinseca corporis naturalis esse possunt plura neque pauciora duobus.

Probatur 1a pars, in quolibet sistemate abito iudicio communi et sensibilitate particulari habetur compositum ex habilis corporis naturalis nil enim aliud est compositum quam corpus, et minime ergo in quolibet sistemate non sunt plura duobus.

Probatur 2a omnia corpora in omni sistemate in aliquo conveniunt in mutabilitate scilicet et passibilitate una sensibilitate et alia, et in aliquo disconveniunt in sensibilitate scilicet per quod non sunt generalia differentia distinguuntur, ergo in quolibet sistemate esse nequeunt pauciora duobus. Sic auctor.

Sequitur quid sentiendum sit de privatione 3° Peripateticorum principia. Ut melius responsionem percipias advertendum tibi occurrit Peripateticos duo principiorum genera distinguere. Alia namque penes ipsos sunt principia compositionis, alia generationis, 1a vocantur principia in facto esse, 2a in fieri. Principia compositi in facto esse sunt illa duo, que ipsum illud componunt materia scilicet et forma: principia vero in fieri esse sunt, que concurrunt ad compositum generandum, et 3a sunt materia, forma, et eiusdem privatio; hanc inter principia corporis naturalis recensendam esse inconcussum est apud Peripateticos philosophos, autem assertionis ratio est. Illud est principium corporis naturalis quod ad illius efformationem concurrit, sed talis est privatio ergo: Probatur minor corpus naturale non efformatur nisi per adventum formae genitae in materiam, sed iste adventus contingere nequit nisi in materiam presupponat privationem ergo. Ulterius, et hec est in terminis probatio Auctoris mei. Corpus in fieri est corpus transiens ad novum esse quod antea non habebat, sed principia corporis sic transeuntis sunt materia, forma et eiusdem privatio ergo, immo sic probato principia corporis sic [illegible] sunt [illegible] terminus a quo

transijt, et terminus ad quem transijt, sed subiectum est materia, terminus a quo est privatio, terminus ad quem est ipsa forma, ergo.

Ut vero clarius res pateat duo notanda: Primo privationem non eo modo concurrere ad efformationem corporis quo concurrunt materia et forma. Hae enim concurrunt per sui exhibitionem, illa per sui recessum. 2° materiam et formam principiare in recto et ut terminus qui et ad quem, privationem vero in obliquo et ut terminus a quo, quatenus privatione recedente ad ventum formae cum simul esse nequeant forma et carentia formae quae est privatio. Nunc ad quaesitum

R° male in hac parte sentire Peripateticos.

Probatur: principium datum per Peripateticos est primum id, unde aliquid aut est aut fit aut cognoscitur, iuxta tritam alteram definitionem: Principia ea sunt quae neque ex se, neque ex alterutris sed ex quibus omnia fiunt. Sed ex privatione non fit corpus naturale, ergo privatio non est principium corporis naturalis. Probatur: nam ex illo fit corpus, in quod resolvitur, iuxta illud quod primum est in compositione ultimum est in resolutione, sed corpus non resolvitur in privationem, ergo.

Obijcies 2° hoc argumentum tenet de principijs concurrentibus per sui exhibitionem et in recto, non de privatione concurrente per sui recessum, et in obliquo, ergo nullum est.

R° ex ipso: quodnam principij genus est illud quod recedit? Principiare est enim exordiri, rem profecto non exorditur quod recedit.

Dices privatio exorditur recedendo, sed bona venia sit dictum: ridicula est responsio haec non minus quam ridiculus esset assertum illius, qui ad novam alicuius Civitatis vel domus constructionem describendam assumeret pro principio Civitatis aut domus praeviam illius Civitatis, vel domus in tali loco non existentiam seu privationem. 2° vel bona est illa generica principij definitio: Unde aliquid est aut fit, vel cognoscitur vel non. Si non exhibeant meliorem, si sic uti defendunt ergo in isto, illud unde aliquid

aut fit debet proportionali modo intelligi ac intelligatur illud unde aliquod est aut componitur. Clarius [struck through] 2° illud quod componit principijs in facto esse, quod explicatur per ly aut est, ex principijs cognitionis, quod exponitur per ly quod componit, proportionaliter debet competere etiam principijs in fieri quod explicatur per ly aut fit, et vice versa, sed principijs rei in facto esse ut concedistis, ex principijs cognitionis, que sunt premisse in ordine ad conclusionem principiatum, que unite, et simpliciter ordinat ex terminis premissarum principiorum ut componunt ut se habeant tanquam compartes in ordine ad res, et conclusionem principiatam et quidem per sui exhibitionem, et hoc ex ui generice definitionis principiorum adeoque ut bene convenire debet etiam privationi, sed privationi ut ex re liquet non convenit ut sit compars inexistens componendo, ergo neque competit ratio, et nomen principij. Dico principia corporum que generantur debent prodesse phisice generationi corporum, sed in quo aut generationi aut corpori genito prodest privatio: Nunc vero solvo adversantia argumenta:

Illud est principium corporis naturalis in fieri quod ad illius formationem concurrit, sed talis est privatio, ergo minor ad cuius probationem dicimus distinguo maiorem sed iste adversarius contingere negavit nisi materia supponat privationem forme nove ut conditio, cum nihil aliquod de novo accipere possit, nisi illud antea non habuerit, concedo minorem, ut principium generationis nego minorem, quid enim hec prestet?

Ad 2um argumentum concedo maiorem nego minorem quo ad 3am partem, ad cuius probationem non tenemus a quo esse principium corporis, non enim per ista priva generantur, quod est de necessitate ad rationem principij.

Formabis privatio forme nove ingreditur essentialiter conceptum generationis sed quod essentialiter ingreditur conceptum generationis est principium rei in fieri, ergo.

Respondeo concedo maiorem nego minorem omnino, nam licet privatio ingrediatur conceptum generationis, non ideo ingreditur generationem exordiendo corpus quod generatur, nec tenet, hoc est principium huius conceptus, ergo est principium huius rei principiati, ut intendebat hoc argumentum nihil est de conceptu essentiali creationis, ergo

nihil est principium rei creatae, neque hoc aliud meum intellectuale specialiter praesupponebat, ad meum hoc esse tale, et tamen quis dicet meum non esse tale principium hoc meum esse. Et inde illud quod principium esse debet terminus ex quo iuxta illud quod neque ex sese, neque ex aliis, sed ex ipsis omnia, non a quo, terminus enim a quo importat ut mera conditio quamvis necessario, implicat namque id simul non esse tale et esse tale, non autem ut rei principium, oppositum vero dic de termino ex quo, etenim id quia de suo exhibet rei, rem principiat.

Obiicies 2º. Aristoteles de principiis tractans meminit de privatione, invito hanc inter rerum naturalium principia esse connumerandam.

R. sequi me auctoritates ubi sunt ratione stabiles, ideoque asserendi fundamenta et hanc dubium manet. Aliis praemissis sit

L. 2.

Ad Tertium Recenseantur veterum recentiorum Philosophorum placita.

De primis rerum naturalium principiis

Articulus 2us.

Quid Pitagoras quid sensit Plato

De 2is rerum principiis.

Pitagoras res omnes naturales constare defendit, tamquam ex primis principiis ex subiecto et numeris, idest ex materia certo partium numero, certo ordine, certaque mensura distincta ac disposita, certoque motu agitata, iuxta illud Sapientiae XI: omnia in mensura, numero, et pondere disposuisti; qui propter tres subiecto communi materiae naturae, prodierunt, et specificatur unius rei ab altera, scilicet pro forma mera numerus, ordines, mensuras, dispositiones ac motus varius pariunt.

Plato duo tantum corporum principia admittit, quorum unum materiam appellat, Bonum. hanc esse subiectum unum commune sed determinabile et alterum ideam, quae consistit in quadam impressione facta a Deo in materia

ad similitudinem et immaginem illorum conceptuum quos ipse Artifex optimus in mente gerit iuxta expressionem Boetij Philosophi Christiani lib. 3° de consolatione Philosophiæ metro nono ubi sic Deum alloquitur: Tu cuncta superno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens similique in immaginem formans. Non immoror hic neque in confutatione doctrinæ Platonicæ, nam si Auctor in sano sensu est interpretandus nihil aliud pro primis principijs rerum admittere videtur, quam hic et docent Peripatetici materiam primam et formam quamvis posteriores nomine ideas [illegible] de nomine libenter omitto, quando in re nulla est controversia, neque in relatione Pitagorici Dogmatis hoc namque hijs contra argumentis quibus impugnabimus Atomistas placita in sequenti exponam Art°

Articulus 11us

Quid senserint veteres quid recentiores Atomistæ

Anaxagoras, Leucippus, Democritus et Epicurus, qui merito Atomistarum Principes sunt appellandi, hoc sibi nomen comparaverunt a qualitate primorum principiorum, quæ in phisicis corporibus admiserunt. Namque isti a cæteris recedentes loco materiæ particulas quasdam minimas defendunt, quas Atomos vocant, sicque deffiniunt: Atomus est parva quædam creatura simplex, solida, impenetrabilis, ingenerabilis, incorruptibilis, insectilis omni vacui expers, insensibilis ob exiguitatem, sed tamen prædita tenue ac trina dimensione donata, longitudine nimirum latitudine et profunditate. Dicitur natura, idest [illegible] simplex, scilicet non ex diversis naturis conflata, solida impenetrabilis et insectilis [illegible] [illegible] omni extensione distituta quia tam compacta est ac dura ut ad divisionem pati sectionem possit nullam neque [illegible] naturam ad illam patiendam, ingenerabilis, incorruptibilis ut significetur nimirum nulli mutationi subesse posse omnisque [illegible] expers, nimirum [illegible] nullam admitteri; prædita tandem [illegible] idest [illegible] ac apta moveri motu locali quem Epicurus unice admittit, et definiunt migrationem de loco in ad aliud: Motus autem hic per Epicurum duplex est naturalis et reflexus

Primus idest quo atomus suo pondere deorsum fertur: 2us quo atomus
una in aliam directe impetu cadit ex aliorum obliquè decussata. Utrisque
naturalis ad eandem tendentibus in perpendiculares seu ad lineam
et in motu ad declinationem. 4. Primus primario atomis competit ob
earum gravitatem. 2us admittitur ut concursus ac atomorum combi-
natio in eorum continente et corporum efformentur. Huiusmodi motus
fit ab illa regione spatii quae sursum dicitur, ad eam quae deorsum vo-
catur: siquidem Epicurus nullum corporum universitatis admittit vel
materiae et spatium infinitum esse unde superficies illa vero qual
incolimus concipitur ad modum plani versus eius modo et in inf-
initum provehi, et atomos continuo descendere a superiori illius
parte, et ferri in inferiorem in quo inferius eius secundum ut concurrant
et se se invicem complectantur ad efformationem universi. Prima
dimensione donatam. Quamvis enim quaelibet atomus summe tenuis
et invisibilis tamen cuilibet suis competit magnitudo sive quan-
titas et hoc admittitur certe non quantitas quanta sensibus percipi
possit: attamen huius quantitatis tenuitas tanta est ut in quolibet
licet tenuissimo corpore multis milionibus atomorum contineri et cen-
tena milia earum denique insidere possint apici acui cuius illi
quin inflectantur. exemplum habes in Acaro, animaculo plane exi-
guo. Ad rei magnitudinem figura subsequitur tanquam illius ter-
minus ac modus. Haec autem multiplex adeo est, ut plures et plures
dentur atomi sub qualibet excogitabili figura.

Harum atomorum si originem quaeris uno dempto Anaxagora, respondent
Epicurei aeternas esse, et a se licet admittant huius universi compagem
initium habuisse, sic enim mundi genesim explicant. Quod tamen
fuit et quidem ab aeterno, et a se indigestum quoddam atomorum chaos

quae inclinet inter se se comminuentes implicantesque, et continuo pernice agitatae motu, nullas sui species praestitere, dant tractu vero temporis nullius providentiae consilio, nulliusque mentis nutu, sed mero casu obstetricante ad disponendam pulcherrimam universitatis huius formam obtinuere. Unde per ipsos a Deo quidem negari, sed facto quod unicum admittunt mundum ab aeter- [illegible]. Si numerum posuit infinitum in natura Democritus unius, Anaxagoras vero multiplices esse defendit quanti numeri diversarum naturarum corp- orum sunt. Haec sunt veterum atomistarum placita, quae hinc esse impugnato nat- apud nos catholicos ex se corruere, si atomistarum origo spectetur. Si vero natu- ra hijs corruunt perculsa argumentis, quibus recentiorum [illegible] quod fateor laudabile et catholicum est [illegible]

Petrus Gassendus presbiter Gallus, vere vir praestantissimo ingenio [illegible] quid substantia antiquorum doctrinae [illegible] ut [illegible] pede procedat procedit autem atomos neque aeternos esse, neque infinitos, neque casu motas, sed a Deo creatas pro eius arbitrio in initio temporum easque finitas, divinaeque sapientiae dirigente in hanc mundi universitatem compactas obire vices suas tum divinum praescriptum, et ad [illegible] rejiciendo de medio statuit motum, quem Epicurus ideam declinationis atque atomorum combinationis Deo esse adscribendam. Sed et ipse cum antiquis atomos in infinitum secabiles defendit, omnes unius naturae esse ac speciei, unde per ipsum tota diversitas unius corporis ab altero pendet a diversa atomorum combinatione quam vocat formam. Ulterius et ipse cum antiquis tanquam necessarium [illegible] admittit, quod cum Cicerone [illegible] esse spatium omni corpore destitutum, sed ad illud replendum hijs positis meam circa haec sententiam expono.

Assero 1° atomos Petri Ghasendi esse nequaquam 1° rerum naturalium principia

Probatur 2°: 1° rerum naturalium principia apta esse debent constituere miram specificam illam varietatem, quae in corporibus reperitur; sed tales esse nequeunt atomi omogeneae Ghasendi. 2° Maior innegabilis, minor p° atomi Ghasendi utpote omogeneae in se ipsis diversitatem specificam non habent, sed ea quae in se ipsis hanc non habent, hanc corporibus dare

nequeunt, nulla enim res valet illud alteri dare quod ipsa non
habet q[uod] atomi Ghasendi apti non sunt constituere diversitates
specificas in corporibus. Additur composita sequi componentium
naturalitatem ita ut talia sint ipsa qualia sunt illa, nihil enim
aliud sunt composita quam ipsa componentia simul sumpta
simulque unita, rerum denique unio non diversificant unita cum
haec merus modus sit non natura rerum.

Dices diversitas specifica sufficienter salvatur si dicatur atomos esse diversae
figurae, alias nimirum oblongas esse, alias quadratas, asperas alias,
alias leves, rotundas alias etc. q[uod] probatur, quia angulus diversae naturae est
a circulo, quadratum a linea et hoc unice propter diversam figuram. ergo.

Sed contra non quia specifica rerum diversitas est illa ex qua, quae datur inter lutum
et aurum, inter lignum et stellas, inter stuppam et saxum, nunc vero quis
dicet lutum [illegible] [illegible] [illegible] quae ad [illegible] [illegible] naturae
naturam auri, lignum stellarum, stuppam saxi, et si lutum, lignum,
stuppa volvatur, revolvatur, mutetur situs, locus, ubi, respectus, relationes
et figuras, et haec ex ea de plana fiat cylindrica, rotunda, quadrata, tri-
angularis, oblonga, obtusa, aut acuta etc. Ad probationem admitto angulum
esse naturae diversae a circulo, quadratum a linea, et hoc ratione diversae
figurae, sed non rei angularis, circularis, quadratae, rectae, quemadmodum
cuique patet in auro, ligno aut ferro redacto de una ex dictis figuris
ad aliam.

Instabis esto haec specifica varietas non inducatur a dictis figuris, induci potest
ab aliis diversis ab istis, quod mirum esse non debet, nec impercepti[bi]le cum ex
solis 23.bus litteris alfabeti omnes orationes omnia quae nata sunt innumerabi-
lia diversa efformentur. ergo viget adhuc assertum.

Sed contra quae nam sunt istae adeo potentes figurae nobis nescimus an non si nobis [illegible]
indicentur. si ignotae credantur creduli, nos vero credere non possumus [illegible]
virtutem in figuris quarum ipsimet nomen ipsum ignoratur. [illegible] [illegible] fautoribus.
Nec paritas ducta aliquid probat, immo contra Ghasendistic retorquetur.

fitur ex Aristotelis omnes eiusdem naturae quae putavit corpus ex atomis ratione
bus minimas quidem partibus constituerent, quamvis earum figura diversa
sit et de facto est et mutabilis, ac diversimode inter se uniuntur, ad pari
atomi facta etiam quacumque mutatione in figura nullatenus diversi constitu-
-uerent.

Probatur 2º diversitas specifica effectuum naturalium intrinseca rei et ab extri-
-nseco est repetenda, sed rerum figura est rebus extrinseca, quae non aliqua est
repetenda res ab intrinseco rei, atqui intrinseca rei, idest atomorum (forte) nulla forte
-de natura, quae nec ab ipsis est petenda, ut in hoc systemate, sunt ut alias certe dicuntur non
specie, ipsorum nulla diversitas est in effectibus quae
ridicet Ghasendus ipse.

Asero 2º Athomi Petri Ghasendi etiam si eterogeneae sustinerentur esse nequeunt 2ª
rerum naturalium principia.

Probatur 1º Athomi Petri Ghasendi si eterogeneae sustinentur, sunt in diversis speciebus
constitutae, ergo etiam si eterogeneae sustinerentur, esse nequeunt prima rerum
naturalium principia: ans evidens est: quod enim eterogeneum dicitur ab alio
diversae est naturae ab illo non accidentaliter, quae substantialiter diversitate indiviua
specie constituerentur. Consequentia probatur, dato quod athomi Ghasendi sint in diversis
speciebus constitutae non sunt corpora simplicia, sed quae talia absurde esse
nequeunt prima rerum naturalium principia, et dato quod athomi Ghasendi
sint eterogeneae esse nequeunt prima rerum naturalium principia: ubi exsignatur
probatur. Itaque maior: Athomi si in diversis speciebus sunt constitutae aliquid
aliquid inter se comunicant, et aliquid inter se opponuntur, sed quae talia
sunt non sunt corpora simplicia: ergo maior constat, species enim in generico
predicato conveniunt, in differentiali discrepant ubi considerare est in specie-
-bus contentis sub genere animalis et huiusmodi, minor quoque liquet, nam quae
quo important partibus aliquibus comunicant, et aliis alterius opponuntur, non
simplicitatis, sed compositionis denotant, atque athomi eterogeneae simplicia
corpora haudquaquam dici possunt, sicque nec prima rerum naturalium principia,
quibus tamquam necessaria, immo essentialis proprietas competit simplicitas.

Obiicies Angeli sunt in diversa specie constituti, immo etiam terminus simplicitatis

neq. ideo Angeli et formae peripateticae censentur entia composita
2° ad pari.

R. 1° loquendo de Angelis certum omnino non esse apud scholasticos sed solum prob-
-abile, probabilibusque contra rationibus sustineri Angelos esse in diversis
speciebus constitutos et non compositos ex materia et forma spirituali
2° ad disparitatem ut in casu ut teneret illationem. Dico ideo illos et si
diversae speciei sint non esse compositos, quia sunt meri et puri actus
quorum esse, sicut docet Thomistica schola, stat solum in operatione.
Athomi vero Ghasendi non sunt huiusmodi. 2 Si vero sermo sit de
formis peripateticis, ideo illae quamvis diversae speciei sint corpora
simplicia quia sunt merae rationes phisicae determinativae quorum esse
totum est in determinare materiam vagam ad esse tale, nec sunt partes
naturae quemadmodum asseruntur athomi, ergo nulla paritas.

Dices etiam si formae peripateticae sint merae rationes determinativae et spoli diversae
speciei in aliquo conveniunt, in aliquo differunt, ut asseritur de athomis
ergo vel et istae et illae sunt compositae vel nec istae, sicut illae.

Sed contra dist. ant. in aliquo logico conveniunt in aliquo logico differunt c. ant.
in aliquo phisico n. ant., et consequentiam. Formae peripateticae sunt quidem in
diversa specie etiam phisice loquendo, quia phisice et realiter una ab altera
differt, sed modo aut ideo quatenus una est actus unius alterius alterius speciei;
unde sunt in diversa specie per modum actus et entis incompleti. Athomi
vero usque quae asseruntur partes quaedam naturae sunt in specie diversa per modum
entis completi non vero autem per modum simpliciter actus, alioquin in
natura omnia essent activa et nulla passiva, aut per modum simpliciter
potentiae, sicque in universo omnia essent passiva et nulla activa quod aperte
falsum infertis ostenditur. unde illae corpora simplicia sunt, athomi autem
composita. Denique si formae peripateticae sunt compositae, vel sunt compositae
ex alia forma aut ex materia, non ex alia forma, ut actus ex actu non

componibus, scilicet ex duabus eodem modo se habentibus et ex materia, nam illud de cuius ratione movere et agere componi nequit ex illo quod omnis activitatis est expers. Hic autem non concluditur de athomis tum propter aliquas rationes quas etiam quia in sententia Ghassendiana omnibus athomis competit vis motrix intrinseca.

Probatur 2° corporum constitutio ex athomis licet diversae speciei [illegible] esse minime durabilis nisi superior admittatur natura cui serviant quae ipsas in officio virtute sua contineat. ergo corpora naturalia non constant ex athomis licet sustinentibus diversae speciei. Probatur antecedens proprium enim cuiusque est agere iuxta suam naturalem quantum potest, sic ignis sursum evolare, terrae deorsum concidere, et sic de reliquis nisi specialis mixti natura [illegible] ergo nisi in corporibus aliqua natura ab athomis distincta admittatur cui serviant quae ipsas in officio suo virtute contineat, aliae ex athomis sursum evolarent, aliae deorsum conciderent sicque minime durabilis esset corporum constitutio. Consequentia ex una parte habetur in artefactis minime ex hoc capite durabilibus, ex alia ex ocularis experientia docet dari plura mixta difficillimae solutionis ut sunt metalla, lapides & licet intrinsecam partium naturae ad divisionem separationemque conspirent. ergo praeter athomos alia est admittenda in corporibus natura, sicque ipsae athomi explicando esse nequeunt pro vera naturalia principia.

Probatur 3° athomi diversae etiam speciei non componunt vitam nec vitalia, nec aliqua praecipue in sensu vero et proprio in rerum natura plurima dantur viventia quorum alia vita sensitiva simul et vegetativa, alia vero sola vegetativa, et quidem in sensu proprio ut certo suppono pro nunc id ipsum evidentius ostensurus in tractatu de anima. ergo plura dantur mixta quae ex athomis diversae etiam speciei non constant. Probatur antecedens pars [illegible] ab Athomisticis concidit 2° ex probandis est certa, consequentia vero [illegible] vero enim in se vitam non habentes [illegible] profecto [illegible] inter se combinentur alteri vitam donari, ex quo habes mixtum sensitivum et vegetativum ex athomis non componi, sicque [illegible] ex singulis [illegible]

orum; etiam hanc propter solam rationem Alchimistarum distinctione invenire.

A.us 3.us

Quid senserint veteres quid recentiores Elementaristae

Veteres Elementaristae, qui pro physicis rerum naturalium principiis elementa assumebant, in quo omnes conveniebant, quamvis diversa diversa senti-ebant loquendo de numero elementorum. Aliqui vero inter quos Anaxagoras numeratur, ut refert Aristoteles l. 1.o physicorum c. 6.o infinita elementa admiserunt, nihil fortasse infinitam esse corporum species, et quod peius est omnia in omnibus quae propriis formis actualiter existimabant, ita ut asserere non erubescerent in pane ex. gr. et in vino actu esse ossicula, ac sanguinis guttas, et carnis moleculas, et huiusmodi. Aliqui inter quos Empedocles admiserunt quatuor vulgata elementa, ignem scilicet, aerem et terram etc. ut colligitur ex hisce carminibus Diogenis Laertij in eiusdem vita ductis

Jupiter albus et alma soror Juno atque potens Dis
Et Nestis lachrimis omnia quae luminat omnes

per Jovem ignis, per Junonem terra, per Ditem aer, per Nestim aquam intelligit. et inde subdit assiduas versare vices &. Ut autem rationem redderet generationis et corruptionis corporum amicitiam admittebat per quam simul se copulant, et corpora de novo fiunt, ac discordiam, per quam dividuntur, atque sic corpora eorumque destruuntur, quod ex sequentibus versiculis deduco:

Non nunquam connectit amor simul omnia rursus
Non nunquam se invicem iubet contentio ferri.

Quidam alij duo tantum elementa defendebant, sed diversimode, etenim

aliqui contendebant esse ignem, et aquam aliqui, terram et aquam aliqui aerem
aerem et terram. Alii tandem unum tantummodo, sic Anaximenes aerem,
Pherecides terram, Heraclitus ignem, Thales aquam, a qua tantum qui et Omerus qui cecinit
Oceanus cunctis praebet primordia rebus.
Haec fuerunt antiquorum elementaria placita, in quorum singula ratione
minimorum ut talis aperte constat elementa esse corpora
simplicia quod est de necesse ad naturam corporum principiorum quae sperant unde-
bimus: florum Philosophorum secta perdurauit licet non semper eodem modo
usque ad annum millesimum sexcentesimum vigesimum circiter donec die 7°
Junii anni 162 in lucem editus fuit Emanuel Maignanus natione Gallus
patria Tolosanus professione S. Francisci Paulensis generis nobilitate conspicuus
doctrina et eruditione clarissimus sed pietate ac morum integritate maioris in
tantus ut ciuitas tolosana ad perpetuam rei memoriam in municipali curie
sue porticu eius iusserit statuam ... eminentis ... cuius sedes aureis
notis marmori incisa haec leguntur. Emanuel Maignanus ex ordine S.
Francisci Paulensis metamaticis rebus primo doctus lucis ... in-
... qualiter ... fuit: Phisicis et ... Theologicis ...,
quae densissimis tenebris obducuntur, solito solito vir clarus illustris; ...
... per totum ... orbem ... decuit Tandem
illas aeternae hunc sedem qui virtute magis quam eruditione claruit. Obiit
Tolose in anno 1676 die 29 Octobris aetatis sue anno 75. Hic itaque
horum Philosophorum sententiam reformauit minuendo ea quae excedere, et augendo
quae deficere videbantur, ac nouum systema stabiliuit modo, quo sequitur.
1.° Vult 1° 2° phisica rerum naturalium principia sint corpora quaedam simplicia
per consequens insecabilia ac indivisibilia quae minima phisica vocat. Minima
ut denotet non posse haec dividi in alias partes minores: Phisica, ut denotet
esse corpuscula.
2.° Vult haec minima phisica non unius sed multiplicis speciei esse ... multi-
plicitate quae sufficiat ad causandam miram ... varietatem quam in corporibus
agnoscimus, quare vult corporum diversitatem ... ab essentiali diversitate
Athomorum, unus enim Athomus per igneam essentialiter ... ex eo igneo essentialiter
aerea alterum nec una in alteram ... consistit ... in quo diversitatem a
Gassendo desumentes corporum varietatem a sola diversa figura Athomorum

3.º asserit hæc minima phisica habere vim intrinsecam motus et quietis et tam diversas pro ratione suæ specificæ diversitatis.
4.º statuit minima hæc ingenerabilia esse et incorruptibilia. hæc 4.or assertiones sic probat. Incipit a 2.a

1.a phisica rerum naturalium principia ea sunt quæ docente Philosopho 1. phisicorum c. 42. neq. ex aliis neq. ex alterutris sed ex ipsis omnia fiunt, q.º 1.º phisica principia esse debent 1.a cuiuscumq. rei naturalis componentia sed 1.a rerum componentia talia esse n. possunt nisi sint simplicia nisi dicere ultimus idem esse componentum ac componens q.º 1.ª phisica rerum naturalium principia sunt corpora quædam simplicia. hoc porro sic argumentatur. Quod simplex est partibus caret sed quod partibus caret indivisibile est et insecabile sed 1.a phisica rerum principia simplicia sunt ut ad notavimus q.º indivisibilia sunt, et insectibilia. hæc autem dari in rerum natura probat hæc evidentia quia constat dari composita et rationis evidentis quod hoc pacto demonstro: de fide est Deum creasse Cœlum et terram sed nihil extaret aut in Cœlo, aut in terra a Deo creatum, nisi in rerum natura darentur corpora quædam simplicia q.º revera dantur. P.º min. illud dicitur creatum quod fit ex nihilo sui et subiecti sed nisi darentur corpora quædam simplicia nihil extaret factum ex nihilo sui, et subiecti, siquidem nisi darentur corpora quædam simplicia omnia essent composita, sed si omnia essent composita nihil extaret factum ex nihilo sui, et subiecti, q.º nisi darentur corpora quædam simplicia nihil extaret creatum. fines autem mundi sic explicat creavit Deus 1.º hæc minima phisica, eaque inde univit, ex quarum sapientissima unione resultavit mira illa corporum varietas quæ nos ad sui cum de delectat.

2.ª Assertionem secundam sic demonstrat: q.º nullum apparet inconveniens propter quod Deus n. potuerit constituere hæc minima phisica in specie diversa q.º de facto constituit: 2.º necessaria est huiusmodi specifica diversitas in minimis phisicis ut res naturales aliquo specifico discrimine inter se distinguantur q.º revera datur. 3.ª vero relinquimus quærenda est etiam nobis contra Cartesium alibi sustinenda alibi in proprio sede fusi probabit.

Quaeret fortasse hic curiosus aliquis, quot sint in numero haec minima Illaja-
niani? Huic est eadem v.o horum numerum esse ab hominibus ac divinatu
sed certum, ac determinatum a Deo in initio creationis, ac mihi incognitum
neq; per hoc asserendum haec esse, quot sunt in orbe compositionalia
Hic tantum haec esse [illegible] X i habebis combinationes diversas, si vero
XXX.o 1073741793 idest mille decies centum mille [illegible] septuaginta tres
centum mille centum quadraginta unum mille et septies centum nonaginta
tres, quod si haec esse velis sexaginta numerus ferme innumerabilis resultabit
ex quo certo habetur non tot esse Illajaniani minima, quot sunt in orbe
composita; Venio nunc ad 4.m quaestionem, qua probo Illajanianos generari et
duplicitier sumi posse generationem, et corruptionem, idest quoad sensum et
apparentiam, et quo ad rei veritatem. Illa dicitur generatio sensibilis, et apparens
et illa corruptio quo ad sensum et apparens, quando remanente eadem substantia
res aut novam speciem et modum acquirit, aut illum dimittit et ex sensibus occi-
dit. Illa dicitur generatio et corruptio quo ad rei veritatem quando vel
nova substantia producitur, vel perit antiqua. Sed vero sensibilitate, et appa-
rente minima phisica generari, ac corrumpi admittit, doctrina minima Illaja-
ipso promiscue [illegible] etiam delineata, et ab aliis authoribus quo ad sensum et
apparenter generari, quando dum erant dispersa, et propter dispersionem insensibilia
in unam massam sensibilem coalescunt, et tunc corrumpi quando massa in partes
adeo minutas dissolvitur, ut oculis, et sensibus nostris se eripiat. Negat autem quo
ad rei veritatem generari posse, aut corrumpi sua minima phisica hisce innixus
fundamentis quae sunt eius probatio

Minima phisica sunt corpora simplicia et indivisibilia quae partes excludunt, sed quod
partes excludit est incompositum porro quod est incompositum nec generari potest
nec corrumpi quod sic ostenditur. Generari est produci ex subiecto seu partem produci
partem non produci, sed id quod est incompositum non potest partim produci partim
non produci, ergo quod est incompositum non potest generari. Similiter corrumpi est
destrui remanente subiecto seu partim destrui partim non destrui, sed quod est
incompositum non potest ita se habere.
Qua tamen hoc fundamento sensibilis subiicit quod licet minima phisica sint corpora

quedam simplicia, et indivisibilia, quodvis in specie diversa, quod habeant intrinsecam facultatem se movendi, ac quiescendi, quod ingenerabilia sint et incorruptibilia, sunt vero probata verum.

Illa sunt physica rerum naturalium prima principia, de quibus verificantur omnes conditiones requisitae ad communem primorum principiorum rationem, sed de minimis physicis, quibus ea omnia conveniunt, quae in 4or supra positis notationibus continentur, verificantur omnes conditiones requisitae ad rationem primorum principiorum; 1° probatur minor conditiones requisitae sunt, ut ea principia neque ex se neque ex alijs, sed ex ipsis omnia fiant. 2° quod composita physica resolui possint in illa; 3° quod ex toto, et adequate ad invicem distinguantur. 4° ut ipsa sint constituere multiplices illas varietates, quae sunt in corporibus, at qui de minimis physicis supra expositis verificantur omnes istae conditiones ergo probatur minor quo ad primam partem.

Minima physica sunt corpora quaedam simplicia, et indivisibilia ergo neque ex se, neque 2a pars patet ex dictis, ergo vero probatur, nam illa quae ex se mutua fiunt non sunt 2. illud enim quod fit habet prius se illud ex quo fit sed minima physica sunt 2a ergo non fiunt ex se. 3. item quod fit ex alio ex illo componitur et habet partes, at qui minima physica sunt simplicia et indivisibilia ergo non fiunt ex alio. Tandem si ex illis non componerentur omnia corpora haec non essent prima componentia, sed vero sunt ut vidimus ergo ex illis omnia fiunt, et ipsa non ex se neque ex alijs fiunt. Veniendo ad 2am.

Minima physica ut ostensum fuit sunt 2a componentia ergo sunt id in quod composita ultimo resoluuntur, iuxta commune adagium quod primum est in compositione ultimum est in resolutione. Et sane necesse est quod naturalia composita resoluantur in aliqua componentia. Tum curio quaero vel haec componentia sunt huiusmodi ut in haec ultimo resoluantur composita vel non 2 dicis, ergo admitto haec componentia non esse 1a principia, at neque erunt minima physica.

Si 2.us hec erunt minima illa, que pro primis principijs statuuntur, nil enim aliud intelligitur pro minimis phisicis nisi illa ultima, ex quibus ea quae sunt, que aut fit aut fieri potest verus naturaliter resolutio.

Ad 3.am partem.

Minima phisica sunt multiplicis speciei ac naturae, ita ut que sunt ex ea ignea, sint essentialiter ignea, nec in alia converti, aut transmutari possint, sed que talia essentialiter sunt in se ipsis ex toto et adequate ab alijs distinguuntur, quod ex hoc autem facile colligitur minima hec apta esse inducere varietatem illam essentialem quae in corporibus passim inueniuntur et 4.a pars patet, quia minima phisica habent omnes conditiones requisitas ad rationem 2.orum principiorum, ut quod mihi videtur quin talia asserantur. Atque hec sunt ingeniosiss.a placita huius versatiss.i Autoris, quibus per libenter adhererem sed cum melior sit obedientia quam victime concludendo

Asero 1.o Magnani sistema in multis peccat multa falso supponendo

Probatur. Magnani sistema supponit 1.o Deum creasse in priori ad formationem rebus minima phisica et inde illa univisse: 2.o nihilominus posse creaturas in eis admitti unione minima phisica: 3.o minima phisica posse inter se differre et talia sint corpora simplicia, sed hec omnia falsa sunt, quod Magnani sistema etc.

Probatur 1.a pars minoris et ne lis dicatur esse de nomine, premitto per unum me pro nomine id sonare minima phisica ac materia 1.a et vice versa. Ut refert Gen-esis iuxta ipsius explicationem a SS. Patribus factam mundi materia non precessit tempore eius formationem, sed condita est informata sine al fuit quod Magnanius falso supponit. Deum in priori ad mundi informationem minima phisica creasse ea inde illa univisse. Probatur antecedens Augustinus lib. 1.o de Genesi ad literam c. XV.o numero 29. folio mihi 126.o qui cum in forma legi resumpsit hanc soluens questionem sic habet: Non quia informis materia formatis rebus tempore prior est, cum sit utrumque simul concreatum, et unde factum est et quod factum est: sicut enim vox materia est verborum, verba vero formatam vocem indicant: Non autem qui loquitur prius emittit informem vocem, quam possit postea colligere, atque in verba formare: Ita Conditor

Deus non priore tempore fecit informem materiam, et eam postea per ordinem quarumcumque naturarum quasi 2.a consideratione formavit; formatam quippe creavit materiam. Sed quia illud unde fit aliquid et si non tempore, tamen quadam origine prius est, quam illud quod inde fit; potuit dividere scriptura loquendi temporibus quod Deus Deus faciendi temporibus non divisit. Quamobrem cum simul utrumque Deus fecerit, et materiam quam formavit, et res in quas eam formavit, et utrumque a scriptura dici opportuerit, nec simul utrumque dici potuerit, prius illud unde aliquid factum est, quam illud quod inde factum est, dici debuisse quis dubitet. Augustino lucerius adheret in illud Genesis 1.o terra erat inanis, et vacua, et Hugo cum Magistro sententiarum in 2.o distinctione duodecima c.o de qua prius et Cornelio a lapide in aureo suo opere super Genesim, q.o mundi materia non praecessit tempore eius formationem ut falso supponit Magistrianus sed condita simul fuit ac formata.

Probatur eadem 2.a minor ex Concilio Lateranensi c.o firmiter de summa Trinitate ubi deffinitive haec habentur. Deus in principio temporis utramque de nihilo condidit creaturam spiritualem et corporalem, Angelicam videlicet et mundanam. Sed creatura mundana non significat meram creaturae materiam sed ipsam creaturam formatam, ubi hic Angelica natura significat ipsam Angelum constitutum in suo esse determinato, seu in sua atoma specie si a principio temporis, ergo a principio temporis condita fuit natura corporalis cum eo ordine ac diversitate quam nunc possident. Praeterea quomodo Genesis 1.o diceretur In principio creavit Deus Caelum et terram, si tantum in principio Caeli et terrae materiam creavit.

Objicies 1.o ubi nos legimus Genesis 1.o terra erat inanis, et vacua: Septuaginta legunt invisibilis et incomposita: Basilius congruenter 2.o instructa: Grisostomus

Omilia 2a in Genesim inculta: Aquila erat inanitas, et nihil: Caldaica
editio deserta et vacua: Hebraice autem Tohu va bohu: Tohu significat
materiam omni forma carentem: Bohu aptitudinem ad illas .i. iuxta quos-
-dam minimas physicas praecesserunt orbis formationem praecedentia temporis
et durationis.

R: 2° clare dato quod nomine terrae inanis et vacuae intelligendum sit materiam
1° ut docet Augustinus l. 12° Confessionum capite duodecimo, ex hoc nihil
sit aliud eiusmodi nisi quod materia 2a solum per formam cognoscitur, et ita consid-
-erata invisibilis sit et inanis, idest non diiudicata, quia nullo distincta
ornamento fecunditatis, ut eius potentia solum per formam repleatur. Ideo autem tem-
-pore praecessisse eius formationem: Alii ut docet idem Augustinus in l. de natura
boni, Deus ut omnia fecisset in modo, specie et ordine, sed natura antecedendo
nempe, quo pars totum praecedit, et coniunctio naturalis compositum: Ubi obiectum
terra erat in praeterito non ut inquit Banes in 2a p. q. D. Thomae l. 67 a. 4
2° indicat naturam materiae et non eius praeexistentiam ad suam informationem, sed
quod materia ex meritis suis erat informis nisi a Deo formaretur, ideo si hoc esset
simul tempore.

R° 2° cum D. Thoma nomine terrae terram de facto quam incolimus esse intelligendam,
et merito appellari inanem et vacuam incultam invisibilem. Deerat enim terrae
a principio duplex pulcritudo, una quam habet ex eo quod ut aquis discooperta, et qua-
-tenus ad hoc dicitur inanis, et vacua seu invisibilis, quia corporali aspectui par-
-ere non poterat propter aquas undique eam cooperientes. Aliam quam habet ex
hoc quod est ornata herbis, et plantis et ideo dicitur quod erat vacua et incomposita,
idest non ornata.

Obiicies: natura in sua operatione Dei operationem immitatur, quemadmodum ars naturam secunda
immitatur, 2a sed in operatione naturae informitas tempore praecedit formationem, ergo
etiam in operatione Dei, 1° de facto extitit materia informis.

R: n. maiorem natura enim producit suos effectus in actu de esse in potentia ad talem effectum
et ideo oportet ut in eius operatione potentia tempore praecedat actum, et informitas
formationem: Deus autem producit actu ens ex nihilo et ideo statim producit rei

perfectas q[uoa]d magnitudinem seu virtutis.

Probatur 2a minor. De ratione creationis est ut ens sit ex nihilo sui et subiecti sed etiam absque ullo alio minimo physico, siue corporibus simplicibus intelligi potest ens ex nihilo sui et subiecti positiui; ergo. probo maiorem ens ex nihilo sui et subiecti positiui est ens ita de nihilo sui et subiecti, ut sit ens actu ex nihilo ad contradistinctionem entis positi in actu de ente in potentia sed etiam negatis minimis physicis aliquid in actu subsistere potest, quin sit de ente in potentia, ergo etiam negatis minimis physicis subsistere potest aliquod creatum: Probatur minor etiam negatis minimis physicis ex una parte inveniuntur. non repugnat ad esse etiam nullo alio re existente, quidquid requiritur ad consti- -tuendum corpus humanum ex ea levi et calido non repugnat simul concreari aliqua anima rationalis et deinde concreatis uniri tali concreato corpori, sed hoc ens quod esset compositum esset ens in actu, quod careret de ente in potentia, ergo etiam negatis minimis physicis aliquid potest esse in actu quin sit de ente in potentia. Praeterea est contra doctrinam D. Thomae: Deuteronomii 32. legitur Dei perfecta sunt opera, ergo id quod creatur cum ex una parte sit opus Dei, est opus perfectum, ex alia vero, cum omnia Deus fecerit ut inquit Augustinus in modo specie, et ordine est in aliqua specie determinatum compositum, ergo id quod creatur non est necesse ut sit quid simplex vel sit minimum physicum, ergo potest dari aliquid creatum quin dentur minima physica. Breviter: De compositi intelligentia creati satis est ut sit independenter ab alio ente, at qui hoc eiusdem quod dari potest, ergo eiusdem est compositum creari posse.

Dices compositum ex 2as partes fit ex materia, forma enim ex illa educitur nec tamen per actionem creativam, ergo sola minima physica creabilia sunt.

R. formas de facto educi, non creari, deinde materiam de uno ad aliud esse transitum in quantitatis rerum generationibus, nec id circo eiusmodi potest Deo deesse virtutem compositum

creandi, nec nullum compositum creasse, cum compositas crearint aliud est quod illas et singulas earum partes in rerum natura collocare unum independenter ab alio: Deus autem posse materiam independenter a forma et formam independenter a materia in rerum natura collocare si velit quis negabit?

Probatio nunc 2a 1mi, pars, ut brevitati causa melius erit si non repetitas ad 2am probationem illatam Gassendi 2a assertionis contra Gassendus ideoque cum recolite et mentalis ternis ad memoriam minimas physicas absque alio labore intellectibilis. Interea vero.

Assero 3o Magniani sistema etiam directis euidentibus rationibus impugnari facile posset. Sed ne molestus sim lectoribus remitto ad praecedentes. 2a et 3a in quo duas mox videri tu efficaces rationes invenietis, quae sunt 2a et 3a probatio 2ae meae assertionis contra eiusdem Gassendum, et hic altera unica ylae? quae erit.

In sistemate Magniani nulla est vera, et realis generatio, nulla vera corrupptio, brutum enim generari in hac opinione est multa ex minimis physicis uniri, idemque dicatur de plantarum aliarumque rerum generatione, sive ex illis rebus quas animatas dicimus, sive ex illis, quas animae expertes appellamus, vel brutum corrumpi est minima physica inter se dividi, ac separari, sed hoc est generatio falsum 1o quia ex eo sequitur posset quilibet sive homo saltem Angelus bonus vel malus pro libito quodlibet generare, generatum corrumpere, corruptum iterum reproducere cum nos, sive Angelus sive boni, sive mali quantitates rerum naturalium et hoc praestare nil aliud est nisi unire et separare minima physica. 2o Fiat nullum ens physicum differre a lapidum cumulo, id est per se ac dicere compositum per accidens non differet a composito per se, utrumque enim erit mera minimorum physicorum aggregatio, absque ulla superiori natura, seu natura in effectu virtute sua continente partes varias et oppositas convenientes ad cuiuscumque compositi constitutionem, haec autem improbabilia omnino sunt, 3o et hoc id unde sequuntur. Sed

Dices 2o non esse erroneum asserere Angelum sive bonum, sive malum posse praefata praestare hoc namque coram Aron, et Moysen in Aula Faraonis egi demonum praestiterunt

Sapientes Aegypti dum eorum virgas in serpentes commutarunt, id est Angeli sive boni sive mali sibi corpora efformant, ac assumunt, vel saltem in loco innueta arripiunt, quod 2um quod dicitur. Seques ex Malaguiani systemate non est aperlissime falsum.

Sed contra est, ante praecipue loquendo de novorum corporum generatione, et reproductione, quae vera mixta sint, vera vel vita illis competentem consideranda puta loquendo de verorum Arborum, vel bruti generatione, immo loquendo etiam de mixtis inanimatis, quae vera sint mixta, vera substantiali forma donata. Huius autem ratio est, quia ut inquit D. Thomas 1a p. q. 110 a. 2 omnis informatio materiae, vel est a Deo immediate, vel ab aliquo agente corporali non autem ab Angelo; secus vero si sermo sit de meris machinis ad normam aliorum mixtorum constructis, quod est quod unice concedendum censeo Angelis sive bonis, sive malis, isti enim nil aliud valent quam activa passivis applicare, activa autem passivis applicando, non vera mixta, sed mera automata efformant. Ad factum vero Sapientum Aegypti cum D. Ambrosio epistola 2a ad Timotheum, D. Gregorio Nysseno in vita Moysis, et Tertulliano in libro de anima, respondeo dracones illos nil aliud fuisse quam deo phantasmata, seu spectra ex aere quanto citius efformata ad verum Moysis miraculum eludendum. Vel cum Abulensi, Nicolao de Lyra, Cornelio a Lapide, aliisque quammultis respondeo dracones fuisse veros, reales et viventes dracones, sed non ope daemonum efformatos, bene vero e loco quo morabantur tanta celeritate a daemonibus deportatos ut illi in aula Pharaonis nati ac producti viderentur. Ad 2um facile assentior Angelos corpora identidem assumere, sic corpora quae ab Angelis desumuntur, aut sunt mox defunctorum corpora, sicque non ab ipsis efformata, aut si ab ipsis efformantur, sicut est plurimum contingit, haec non sunt vera corpora ab ipsis generata, sed sunt automata, qualia sunt non fabriles statuae. Siquidem loquendo de vera, et ad amussim accepta efformatione verius per veram generationem

producturum manifestatum est ex loco paulo ante citato sentit et docet D. Thomas quod factum est simile facienti, quia omne agens agit sibi simile et ideo quod facit res naturales habet similitudinem eum compositi, vel quia est compositum sicut ignis generationis, vel quia totum compositum et quantum ad materiam, et quantum ad formam est in virtute ipsius quod est proprium Dei ergo Angelus sive bonus, sive malus cum neque sit compositum naturale materiale in virtute totius compositi quantum ad materiam, et formam continet, ...

res per veram generationem efformare nequit.

Dicis 2.° contra 2.um adhuc summum discrimen intercedit inter compositum per accidens, et compositum per se quod male ex Magniani systemate infertur. huiusmodi inconveniens: probatur antecedens partes compositi per accidens nexu ut dicitur superficiali inter se copulantur, partes autem compositi naturalis, et per se nexu superiori modo indissolubili coniunctae, ergo summum discrimen intercedit inter huiusmodi composita.

Sed contra negato antecedente ad probationem vero concessa prima parte antecedentis nego secundam: ideo quia ne ideo partes compositi per accidens superficiali, et minime durabili nexu inter se copulantur quia nullum principium exigitivum, et conservativum proprij esse in illis reperitur, et si quid deperdiderint nulla inest eis virtus reparandi qualitates deperditas. Sed semel negata natura seu ratione superiori in officio virtute sua continente, partes compositi, qua ratione in formam expello nullum neque in compositis per se intrinsecum principium exigitivum, ac conservativum proprij esse, et reparativum qualitatum, quas deperdiderint reperitur. ergo et minus partes compositi per se ac per accidens in Magniani opinione superficiali, ac minime durabili nexu inter se copularentur, sicque nullum discrimen inter composita per accidens, et per se intercesset quod tamen apertissimum mendacium sonat.

Articulus 4.us

Quid senserit Cartesius de 2.is rerum naturalium principijs.

Cartesius ne vulgaris videretur Philosophus a veteribus recessit modo qui sequitur. Rerum omnium genesim explicando 3.a eius parte principiorum numero 46.° docet materiam quamdam omnino similem a Deo fuisse creatam, et divisam in particulas cubicas, vel quasi quadratas proxime tamen adeo inter se equales, ac dispositas, ut nullus esset vacuitas

qd ipsis est simpliciter. Hoc autem ex arte statuit, ut nulla [illegible] aliter naturaliter induci posse ualeat. Facta uero dicta materiae diuisione omnes illae particulae pernicissimo motu fuerunt a Deo agitatae, ac plures circa centrum commune, et singulae etiam circa proprium centrum circumactae fuerunt, non dissimili ferme modo quo aquam in pelui baculo circumactam in instar uorticis moueri, et ea quae in illa sunt paleae circa suum et ipsius centrum moueri. Ex hac materia ita agitata tria prodierunt elementa, quibus hic mundus aspectabilis componitur ac constituitur, siquidem ex duplici illa motus rotatione ob mutuum particularum attritum ex angulis decidit minutissimum quoddam scobs, seu puluisculus, seu ramenta, quae primum elementum constituunt, et materia subtilis uocatur, habetque tantam uim agitationis, ut Auctor innuit numero 52°, ut aliis corporibus occurrendo in minutias indefinitae paruitatis diuidatur, et figuras suas ad omnes angulorum ab his relictorum angustias implendas accomodet: et hoc est 1mo materiae subtilis munus, 2do uero est corpora omnia lucida componere, quare necesse est ut sit copiosior: 1o sine meatus omnes repleat, hincque reliqua ad centra siderum confluat, quae caelesti corpora lucida ex hac coalescunt. 2° ob dictum mutuum particularum attritum praeeminentibus angulis resectis particulae ex cubicis, seu quasi quadratis factae sunt rotundae ex hoc materiae genere dicitur 2um elementum, sicque ab Autore describitur, materia 2i elementi est materia diuisa in particulas sphericas ualde quidem minutas, si cum iis corporibus quae oculis cernere possumus comparentur, sed tamen certae ac determinatae quantitatis, et diuisibiles in alias multo minores: Ex hac autem materia componuntur corpora perlucida, Caeli, ac aetheris substantia prodiit. Ex motu uero horum globulorum colligitur, quare ex ista substantia aetherea et ex puluisculo primi elementi constituuntur sidera, et sol, quare etiam sol et sidera sint sphericae figurae, nam particulae istae globulorum in orbem agantur a centro sui motus recedere conantur. ex quo sequitur 1o, ut istae globulorum particulae per aetheris tractus expandantur. 2o ut in medio illius, quasi corticis, locum relinquant materiae 1i elementi,

~~solem~~ quo sol, sideraque componunt. Demum ut 1i elementi particulae circumgyratae
et per gyrum quo modo recedentes a centro cuiusque motus, sphericam solem efficiant, idque
dicatur etiam de stellis, planetis, ac cometis. 3m tandem cum non omnes 1ae materiae
aequalem velocitatem habuerint et portionem motus, non omnes illarum particulae
anguli rescissi fuerunt, unde illarum plures irregulares figuras obtinuerunt, inter
quas plures enumerantur striatae, quae, ut ait Doctor numero nonagesimo tanquam
exiguae columnae tribus striis in modum cochleae intortis (ubi fallor praesens tunc
erat Cartesius) excavatae sunt concipiendae: existit 3m elementum efficiuntque dicit
materiam quamdam ramosam ex partibus crassioribus constantem, atque materiam corporum
opacam componunt. Insuper docet triplicem assignatam materiam perfecto esse vel
subtilem vel globosam vel crassiorem ac continui motus quo agitatur evenire ut
unum elementum in aliud convertatur, et istud in aliud, quod sequenti modo contingit:
quando materia striatis offendit in ramenta minus divisa, minusque agitata agitationem
suam amittit, et motum amittendo coagulatur, sicque 3um efficit elementum; quando
vero materia crassa 3i elementum perenni, celeri motu abripitur, illius partes
resecantur, et inde decidit pulvisculus, qui est 1i elementi materia: ipsae partes
crassae rescissis illis pro eminentibus angulis evadunt globulares, et sic ex 3o elemento
fit 1um et 2um: idem pariter accidit de partibus globularis, quae propter motum [illegible]-
-verunt, in 1um et 3um elementum, addit. horum elementorum materiam semper illo
motu moveri, quo in mundi exordio donata fuit, cum enim materiae quantitas
integra semper perseverat ita et motus, cum nihil eorum quae a Deo fluxerunt
perierit aut perire possit. Vis vero motus varia est pro elementorum varietate
siquidem 1i elementi materia velocissime movetur, 2i minus velociter, sed adhuc veloci-
-ter, 3i tandem non vi sua sed ab impressione 1i et 2i elementi movetur. Est tandem
mundus per Cartesium nec finitus, nec infinitus asseritur, sed indefinitus, idest nec
circumscribitur limitis, nec circumscribi potest cum omnem excedat cognitionem. Ultimo
vult supradictam materiam nil aliud esse nisi corpus trina dimensione longitudine
videlicet latitudine, et profunditate donatum, atque adeo ubi est trina dimensio ibi corpus,
et ubi haec deest, ibi deest et corpus, hinc cum omne spatium sit extensum necesse
est quod sit corpus, et corpore plenum, chaos vacuum naturaliter loquendo per consequens

omne uacuum ut impossibile negant. Ultra semper exponitur materiam, et ipsa diuersas formas corporibus tribuens, sed in sola diuersa particularum combinatione cum Atthomistis, et Elementaristis sistere contendit. Alii posito cum hoc mitiori systemate loculorum potius quam philosophorum propriam uidatis.

Assero Systema Cartesianum admitti nequit quia impossibile, quia sibi contrarium, et quia plura continet absurda.

Probatur 2a pars illud sistema est impossibile, ex quo sequitur rerum omnium confusio, et ruina, sed tale est Cartesianum, ergo. Probatur minor quoad 2am partem probatur primo ex quibus 3ii elementi choalescunt, perseuerant in eodem motu, quo ab initio Mundi a Deo moti fuerunt (loquor hic de partibus simul sumptis, seu de tota massa materie) sed hoc dato sequitur rerum omnium confusio, et probo, perseuerante illo eodem motu necesse est partes crasiores ac striatas 3ii elementi, ex quibus corpora opaca componuntur, continuo motu tandem rotondari, et sic fieri uel globulos, uel minutissimos puluisculos, euadere nimirum 2um uel 1um elementum, et partes rotondas 2i elementi continua colisione deminuti, et abradi, et fieri angulos, seu ex illis constitui 1um, et 3um elementum, denique partes minutiores 1i elementi, cum se impingant in partes aliorum elementorum illis adherunt conuerti in partes 2i et 3i elementi, quod totum et ipse Cartesius docet, et qui ex hoc sequitur maxima rerum omnium confusio sequitur, nam corpora lucida opaca fieri, stellas in terram conuerti, terram in solem, uana aura euadere quod ex et in systemate Cartesiano sequitur maxima rerum confusio, quod tamen rerum experientie mirabili ordini illi, quem inuariabilem Deo dirigente semper inspicimus contradicit.

Respondet Cartesius minime repugnare corpus lucidum fieri opacum, sidera terram, terram solem, quia cum una sit materia in omnibus corporibus nil obest, quin hec uarios modos recipere possit, et sic posita diuersa combinatione, ac figura ueteris esse deponere, et nouum induere.

Sed contra et postulo quare ut dicisti celestia non fieri posse aquam, aquam ignem, nam quia hec hec facile admittit Cartesius, alia uero 1o si lucidum corpus fieri potest opacum, sidera terra, et in eadem re duo contraria simul reperiuntur, lucidum scilicet et opacum, nam corpus opacum fit lucidum quando a corpore opaco abraduntur anguli proeminentes,

qui fiunt pulviscula quae in initio illius abrasionis corpus opacum erant simul lucidum:
sideris fit terra quando pulviscula defectu motus choaumentique in parte evanes-
quae in initio choaumentationis sideris iam erant terra. Hec autem repugnant, nimirum
ac corpus esse idem ex materia idem, quia Deus reperiremus quod quod corpus opacum intra lu-
cidum sideris terram est materia, et haec unica est, ratione dispositionis materiae, cum haec
diversa sit. Siquidem contra hanc opositionem militant argumenta supra adducta contra
athomos Gasendi, cum enim sicut ille quia homogeneae agitari ut sunt constituere diversitates
specificas etiam data figurarum diversitate, ita nec istas diversa dispositio materiae. Re-
cole ibi dicta.

Quarto nunc [illegible] supposito motu in vorticibus materia subtilis, quia subtilis,
et ad motum aptior facile per globorum intercapedinem delabitur; sed hoc dato sequitur
rerum omnium ruina, quod supposito Cartesiano motu in vorticibus [illegible] verum
omnium ruina, quia mirum si materia subtilis per globorum intercapedinem elabitur:
necesse est quod sidera ex materia subtili composita materia subtili deficiente
evanescant, sed hoc quid est aliud nisi rerum ruina?

Opponet Cartesius probatio haec procedit in supposito quod nulla sit [illegible] ergo [illegible] haec
supponit deficere posse materiam subtilem in vortice centri, hoc autem falsum est,
siquidem est alia portio materiae subtilis per vorticum poros superingrediens restaurat
iacturam illius quae elabitur, sicque ne in minimo quidem parte cessant sidera abesse

Sed contra [illegible] ans, et ad probationem admissa mai [illegible] eiusque doctrina [illegible] reddit [illegible]
semper idem argumentum: haec materia subtilis superingrediens fluxit ab alio vortice,
hic vortex vel est restaurandus vel [illegible] illius vorticis ruina, sicque alius
vortex: utique dices: [illegible] sic res ita se habet vel debent supponi infiniti vortices
quod esset fabulosum, vel tandem deveniemus ad unum in quem non ingreditur materia subtilis
alterius vorticis resarciens damna materiae illius quae defluxit, sicque ille peribit.

Dices ad salvanda haec omnia sufficit admittere continuum circularem regressum et ingressum
materiae ab uno in alium vorticem.

Sed contra est quod ubi [illegible] continui egressus et ingressus fundamentum [illegible]
a Genesi Mundi descripti per Moysen: non video. Immo [illegible] quidem [illegible]
in descriptione physica generis Mundi meminit: [illegible], ni fallor, [illegible]

dummodo sane sit nemo, qui audeat asserere totam Mundi Machinam omnesque et singulas eius partes esse in continua mutatione a meliori, et recuperatione sui esse quemadmodum somniavit Cartesius.

Instabis in hoc p.t standum est legibus divinae providentiae, sed tales sunt in mundi constitutione, ac construccione eius.

Sed cum bona tui pace Cartesi nunquam tu Mundi opificio interfuisti, aut Dei consiliarius fuisti, qui ita loqueris. Et nos Deum summum providum fatemur, sed non chimericas et arbitrarias providentias, et Deo

Probatur nunc 2.a pars assertionis. Systema Cartesianum vacuum omnino excludit, et vacuum necessario admittit, quod sibi contradicit. 1.a autem pars per Cartesium adeo certa est, ut docuit Deum omnino vacuum efficere non posse. 2.a probatur materias per Cartesium divisa fuit a Deo in partes fere cubicas, sed hac data hypothesi ~~nihil tum~~ necessario vacuum admittitur; 3.o si minus hac data hypothesi nihil terre temporis adhereat quod partes illae motus inter eas intra cubicas partes fuerint, mundus enim post creationem erat materia solida, ergo hac data hypothesi necessario vacuum admittitur. Deinde rationes materiae non prius divisa fuerit, quam vehementi motu a Deo agitata, siquidem hoc concipi nequit, quin vacuum admittatur. Hoc ostenditur: partes cubicae circa suum centrum rotari non possunt, quando omnia sunt plena, ergo ut eiusmodi circumrotatio eorum si ~~...~~ istas fuerit simultanea divisione necessario admittendum est vacuum: 1.o ait, partes cubicas circumrotari est partes aliquas impulsas cedere aliis impellentibus, seu est corpus unum de uno ubi ad aliud moveri, sed hoc non potest partes cubicas impulsas cedere impellentibus, nec corpus moveri de uno ad aliud ubi, quando omnia sint plena, ergo partes cubicae circumrotari non possunt quando omnia sint plena, ergo necessario admittendum est vacuum, nec iuvat recurrere ad pulvisculum, siquidem hic in principio rotationis supponi non potest, cum ab illa causetur. Addo insuper: Concepto motu ab illis particulis fere cubicis, propter angulos necesse fuisset, ut una pars ab altera recederet, secus enim motus concipi nequiverat, sed occursus unius particulae ab altera contingeret ex uno parte nequit quin admittantur spatiola aliqua vacua, et ex aliis, aut in initio mundi anguli essent atriti, pulvisculus

nundum adeoque ergo motus contingeret potuit quia admodumque spatiola uacuo
1.° admixta ad uacuum, nec ulterius obstat asserere motum illum fuisse uehementissimum nam
posito quocumque permixtis motu non potuit unico instanti tantam rapiens pulueris,
ac ramenta remouere, quae omnes hiatus replere ualuisset. 1.°
Confirmatur ex eo quod Cartesij Principijs Principiis minutissimis 2.i elementi mutuo applicantur uarijs
figuris, 1.° uel ad uacuum, uel non sunt expedita ad motum, quidquid dicant recentiores
Cartesiani: 1.° quia si sunt uarijs affecta figuris uel se mutuo summe tangent, uel non
non, si non 1.° uacuum, si sic 1.° ratione summae ramorum implicationis inter se summe implicantur, ..
tantaque ad 3.um elementum euasura, et ad motum ineptum tanta tenacitate, ut utrumque contra Cartesium.
Dices haec omnia militant etiam contra Parijsatenianum systema, in quo uacuum non admittitur
et tamen motus non negatur, 1.°
Sed contra 1.° neg. ant., siquidem ut mea fert sententia in systemate Parijsateniano uacuum disseminatum admittitur, et quod est huic inter alios innixus suum fundamentum, uidelicet quia negato
uacuo disseminato impossibilis redditur omnis motus localis, ut suo loco sustinemus.
~~Tamen pro nunc~~
Probatur 3.a assertionis pars: systema Cartesianum cogit 2.i sectatores suos ad usurpandum uoces quibus
nulla subest significatio nulla idea: 1.° asserere materiam subtilem nullius proprie figurae
addictam esse 2.° admittere solidum moueri circa rerum se haec omnia sunt absurda.
1.° systema Cartesianum plura continet absurda. Probatur. minor quo ad 2.um 1.° systema
Cartesianum cogit sectatores suos ad asserendum mundum nec finitum esse nec infinitum, sed
indefinitum: contendit enim Cartesius mundi terminos assignari non posse, metuens ne cogatur
admittere aliquod spatium extra supremum, et eundem ipsum deberet esse corpus quia constat trina
dimensione 1.° profecto incurrit prior priore; sed haec uox indefinitum nulla subest
significatio, nulla idea, 1.° ipse miror dum dico mundum esse indefinitum, uel dico aliquid
fines suos, ac terminos habere uel non habere, si 1.um 1.° uerissime dicere ... de nouo inuentam uocem
indefinitum et mundum hanc uocem finitum, si 2.um idem repeto.
Dices dum dico mundum esse indefinitum dico mundi terminos assignari non posse 1.°
Sed contra et postulo per hoc 1.° mundi termini assignari non possint, 1.° pro nunc omitto mundus si
est finitus, cadit ne infinitus, aut si infinitus, ne finitus? 1.° non profecto. Ergo ad quid
in medium ponere hanc uocem nihil significantem. Fateantur potius Cartesiani
ignorantiam suam ac dicant se nescire utrum mundus finitus sit, an infinitus, sed relictam
hanc ineptam uocem, quae nec hoc ipsum quidem significat ut est innegabilis.
Probatur minor quo ad 3.um, 1.° nihil maius absurdum in assertionibus quam in natura admittere naturae
protensum, sed naturae protensum asserit: materiam subtilem dum nulli addictam figurae asserit 1.°

namq. asserit esse substantiam non corpus, sed eam indeterminatam et eiusdem figuramq. diversam assumere pro circumstantiarum diversitate, quibus absurdius hac Cartesiana assertione

Sicut enim aqua in quocumq. systemate diversam induit figuram pro diversitate vasorum in quibus continetur, nec per hoc asseritur natura [illegible] quod a pari

Sed contra dist. an. aqua diversam induit figuram extrinsecam et accidentalem c. an. diversam intrinsecam et essentialem n. an. eius conseq. diversitas figurarum in aqua dist. mere ratione continentis, et ideo accidentalis; in materia autem substantiali esset ex dictis essentialis, et idcirco haec implicat illam n.

Probatur eadem 2.a pars quo ad 2.am p. ut materia subtilis per Cartesianos rotatur circa centrum proprii vorticis, sed sol est corpus constans materia subtili, q. sol rotatur circa centrum proprii vorticis, et non circa terram, nisi dicatur esse terrae centrum, sic centrum eius proprium [illegible] absurdum nec ne [illegible] vel ipsi Cartesiani. Aliis et quidem multis argumentis Cartesianorum systema evertere facile possem, sed cum aliquos innuerim, et multa passim in decursu occurrent innuenda, subsistere mihi liceat ut citius ad maiora procedatur [illegible].

Articulus Quintus

Quid chimici sentiant de 2.is rerum principiis

Chimici dicti etiam Alchymistae, quorum est in initio mentiri, in medio insudare, in progressu insanire, vel admirari, contabescere, et in fine mendicare. Hermetem, a quo et Hermetici vocantur, principem habere gloriantur, cuius artis praecepta in pellibus [illegible] notata ab Argonautis obtenta [illegible] dinumerasse contendunt, pertinaci diligentia sedula cura studentes metallorum conversioni in aurum mediante virtute ignis, ac universalis dissolventis [illegible] dicti, cumq. in huiusmodi exercitio reperierint, ut in eorum analysi resolui in aquam, terram, salem, sulphur, et mercurium, haec quinque statuerunt pro 2.is rerum omnium principiis, quorum duo aquam scilicet et terram passiva vel ipsi principia appellant, quia ad alias chimicas [illegible] inepta sunt, et praecipue terra quam et damnatam vocant, vel caput mortuum; alia vero tria salem inquam, sulphur, et mercurium activa principia nominant: Atque sic ostendunt.

Illa sunt 2.a rerum principia, in quae mixtum ultimo resoluitur; sed omne mixtum [illegible] philosophici, idest [illegible] resoluitur in aquam, terram, salem, sulphur, et mercurium; ergo. Probatur minor multis [illegible] experimentis, quae referre nec iuvat, nec per temporis angustiam licet.

Hic vero antequam ulterius procedam advertendum occurrit Chimicos nomine terrae intelligere pulverem illum qui remanet in alambico factis omnibus distillationibus, cuiusq. pulveris [illegible] est se habere [illegible] per modum continentis in ordine ad reliquas corporis partes. Nomine aquae intelligere phlegma [illegible] ad [illegible] omnibus chimicis operationibus [illegible] dissolutionem salis corporis cuiuscumq. Nomine salis intelligere

substantiam fixam, rigidam ac summe solidam huiusq. proprium est ea quibus cum miscetur
quaeq. penetrare ac dividere illis sua soliditati ac duritie illis tribuere gravitatem
ac duritiem, demum a corporibus putredinem arcere mediis rigidis particulis, quibus constat.
Nomine sulphuris intelligere substantiam oleosam, huiusq. est dorsis corporibus tribuere par-
ticulis suis ramosis salium acrimoniam temperare et iisdem corporibus praeservare
a corruptione, gelu et umiditate manante, oleum namq. partibus singulis constat
ac facile inflammabilibus. Nomine tandem Mercurii intelligere non liquidum vulgo
argentum vivum, sed substantiam spiritosam subtilissimam et lucidissimam, huiusq. est facile
penetrare dissolvere ac corpora corruptioni disponere cum facile evanescat, quia subtilis, et
maxime mobilis. Atque veteres recentiores vero chimici tria tantum admittunt esse
prima rerum principia, terram scilicet, quae loco materiae, Mercurium, quod loco formae, et
sulphur quod loco nexus, seu unionis statuunt. His positis

Assero Chimicorum principia sive haec quinque cum Veteribus esse dicantur, sive tria cum recentioribus,
non sunt prima rerum principia

Probatur. Prima rerum principia neq. ex aliis, neq. in se se mutuo fiunt, sed omnia Chimicorum
principia et eorum singula ex aliis et ex se se mutuo fiunt, quae esse nequeunt prima rerum
principia. Probatur min. experientia, ex [illegible] vini succi ante quam fermentetur, magnam
sulphuris copiam continent, et nihil aut parum Mercurii, post fermentationem vero ab
illis extrahitur multum Mercurii, et parum sulphuris. Praeterea ut illi ipsi chimici docent
compositum item in salem resolvitur. et si sali ardentior igni supponatur resolvitur in aliud,
quod vocant terram damnatam, seu caput mortuum, cui si iterum ardentior ignis supponatur in
alia simpliciora prima videlicet in Mercurium resolvitur, ergo chimicorum principia et eorum
singula ex aliis et in se se mutuo fiunt, ergo vera non sunt nec illa in quae ultimo
compositum resolvitur.

Ad Chimicorum argumentum desumptum a vini analysi ubi verum quidem esse a vino extrahi
aquam, terram, sal, sulphur, et Mercurium, sed pariter si verum mercurium significat
resolvi in aquam et hanc si hinc applicetur imprimere, reponitur acerrimam, quia infero
quae chimicis principiis debent simplicibus necessaria quae talia non essent, plura alia dicenda
superesse sed ut quaestio citius nostrum quod nandum exprimimus sensum circa prima rerum
naturalium principia aperiamus, ab hisce non multum necessariis notionibus mihi calamum

suspendere detur, ut semper utilius inserviat: Deo gratias.

C. 4.us 6.us

De veris rerum naturalium 1.is principijs

Sistema quod nobis nunc exponendum, si vel ejus tantummodo extrinsecam auctoritatem spectes, in dubium revocare non licet: siquidem si de ejus antiquitate sermo fiat, initium sumpsit vel ante Aristotelis tempora, si de eiusdem duratione usque ad seculum XVII.um a partu Virginis, plausibile semper omnibus est visum; si de ejus extensione, ubique receptum floruit, si tandem de propugnatorum qualitate et numero, infinitam fere sapientum catervam obtinuit, quos inter enumerantur omnes fere Athenienses, ac Romani doctrina excellentes Doctores omnes tum Latini, tum Graeci, in quibus etiam suspiciuntur Patres Augustinus, et D. Thomas, omniaque primaria Ecclesiae lumina; hocque in privatis scholis tantum, ac in omnibus celeberrimis universitatibus, ac academiis ingenti cum laude, successu feliciori exponebatur, quae profecto veritatis, ac credibilitatis evidentiora signa censeri debent, sed cum non pauci, praecipue si aliquam gloriolam vel novam comparandam videant, facillime in suo sensu abundent, acerrimos omnino in superioribus [illegible] Doctores acerrimos impugnatores habuit, a quorum calumnijs ut vindicetur, eius expositionem praemitto, fuse eiusdem exinde veritatem demonstraturus.

Huic igitur insistendo sistemati docent Peripatetici omnia entia naturalia constitui ex duplici entitate materia videlicet, et forma tamquam ex partibus essentialibus, et 1.is rerum omnium principijs. Materiam sumitur ubi agitur Philosophus 2.o Phisicorum dicens 1.um unius cuiusque subiectum, ex quo fit aliquid existens per se et non per accidens, et si quid corrumpitur in hoc abibit ultimum; idest materia est subiectum de se indifferens ad essentiale ac necessarium unius cum forma intrinsecum, ex facto esse quodcumque compositum naturale 2.o constituens, et quacumque eius [illegible] sibi corruptione data semper, et indefinienter 2.us se intactum ac integrum manens. Sed eodem Philosophus 7.o Metaphysicorum dico Materiam, quae per se ipsam neque quid, neque quantum, neque aliud quidquam dicitur quibus ens determinatur. Et autem quidquam de quo horum singula praedicantur....

Dixi materiam esse ens aliquod praedicamentale et completum in actu, sed esse ens solum in potentia seu incompletum cum aptitudine tamen ad complendum per quamlibet formam; unde in se est pura potentia excludens omnes actus physicos quibus est corpus naturale in sua specie reale; quia vero est corporis constitutiva, in quantum una conformis essentiae naturali [illegible] omnibus denominationibus [illegible] -

formam vero est intrinsecum quod a subiecto distinctum ab omni combinatione particularum materiae incompletum constituens formaliter omne corpus naturale per modum principii intrinseci determinativi materiae ad hanc vel illam speciem entis naturalis. Haec autem quam nunc deffinivimus formam dicitur forma substantialis absoluta. Praeter huiusmodi formas admittunt Peripatetici et alias formas quas accidentales vocant. Formae accidentales absolutae in Peripateticorum sententia sunt entitates quaedam physicae realiter et ipsae ab omni materiae combinatione distinctae, quarum ope fiat ut duo entia eandem habentia essentiam, et in eadem specie constituta differant inter se quoad aliquod accidens. Clarum exhibe exemplum: Aqua calida v.g. quae dubio differt a frigida non essentialiter, aqua enim quamvis calida [illegible] constituta naturalis est aqua, sed tamen accidentaliter, una namque calorem habet, quo altera caret. Haec autem denominatio calidi licet accidentalis non a mera particularum combinatione aut motu in Peripateticorum sententia habetur, sed per aliquid quid materiae distinctum a materia prima et forma substantiali aquae. Haec est huius systematis summa, in quo nec diversa in diversis entibus combinatio materiae, nec diversa ex diversis entibus [illegible] excluditur, firmo tamen manente omne corpus ex materia et forma tanquam ex veris [illegible] principiis constare. Atque [illegible] quamvis haud ignorem hic [illegible] exponere debere immo firmis rationibus in sua sede demonstrare, ut quam amplector [illegible] stabiliam sententiam nunc

Assero ex hypothesi 1° quod dentur materia prima et forma in sensu explicato. 2° quod materia prima sit ingenerabilis, et incorruptibilis. 3° quod formae sint multiplicis speciei. 4° quod materia et forma sint duo entia physica incompleta, et simplicia, quae omnia proprio loco ostenderem; 5° veras naturales principia esse materiam et formam in sensu Peripatetico.

Probatur illa sunt 2° vera naturalia principia, de quibus [illegible]

ex se se, neq. ex alijs, sed ex ipsis omnia fiunt, quod compositum ultimo in sua plurima resolvi possit quod ex toto, et adequate ad invicem distinguantur. quae tamen sint inducere miras illas varietates, quas in corporibus spectamus, sed talia sunt materia, et forma in sensu peripatetico ergo.

Probatur 1a minoris pars, pura potentia nullam habens actualitatem non fit ex actu nullam potentialitatem habente, et 2o se totus actualitatem tantummodo dicente, et sic vice versa, nequit enim eius naturae esse id quod fit ex alterius est, unde quod fit, cum materia est pura potentia nullam habens in se actualitatem, et forma est actus nullam dicens potentialitatem ergo ex se invicem non fiunt. Ultima est evidens, minor sua sede probabitur. Rursus quod fit in alio existo componitur, sed de materia et de forma substantiali non sunt quid composita ergo. probatur minor pura potentia ut alibi ... non est composita ex actu, nec actus ex potentia, et ex alia parte nec potentia ex potentia nec actus ex actu, nam componentia sunt necessario diversa ergo materia 1a aut forma ex alio non fiunt. Sunt ... illa non fiunt quibus quibus praecise positis intelligitur quodlibet ens naturale constitutum in esse veri compositi naturalis, sed praecise positis materia 1a et forma in sensu Peripatetico intelligitur constitutum in esse veri compositi naturalis quodlibet naturale ens, quid enim ultra requiritur ad quodlibet ens naturale constituendum, nisi aliquid vagum commune et de se indeterminatum aptum formari determinari, modificari, et contrahi per aliquid particulare proprium ac determinatum contrahens, modificans ac determinans, quod ex se vagum est commune, et indeterminatum in ipso huius quaestionis limine ostendi ergo materia 1a et forma in sensu peripatetico talia sunt, ut ex ipsis omnia, et ipsa neque ex se se neque ex alijs fiant.

Probatur 2a eiusdem 1ae minoris pars in illud compositum quodlibet ultimo resolvitur, ex quo 1o componitur, iuxta tritum axioma, quod 1um est in compositione ultimum est in resolutione, sed materia 1a et forma in sensu peripatetico talia sunt quemadmodum ostendimus ut ex ipsis omne compositum naturale fiat 1o et talia ut in ipsa ultimo resolvatur. Probatur 3a

Probatur 3a eiusdem 1ae minoris pars. hanc ex toto et adequate ad invicem distinguuntur quae diversas omnino rationes et essentias important, nihilque inter se communicant,

sed puræ potentiæ diversa omnino ratione, et cum hæc importat nihil
omnino communicabilis illi [illegible] merus actus, 2º puræ potentiæ
et merus actus entitative adæquate ad invicem distinguuntur. sicq. et materia 1ª
quæ est pura potentia et forma peripatetica quæ est merus actus.

Probatur tandem 2ª pars eiusdem propositionis. Varietas corporum est a forma, sed
forma in sensu peripatetico multæ sunt multiplicisq. speciei, ergo ab istis
desumi potest omnis corporum varietas: illud est evidens in hypothesi quod detur
forma in sensu peripatetico, ubi ostendetur ubi formæ peripateticæ existentia
demonstrabitur. constat ergo [illegible] de materia 1ª et forma in sensu peripa-
-tetico verificari conditiones omnes ad 1ª principia [illegible] rationis quæ hæc
et alia sunt 1ª vera omnium principia [illegible] aedificavimus, sed aliquis
nobis insultet obijciendo quod [illegible] sedentes, et studentes de fundamentis [illegible]
-uimus [illegible]

Quæstio 2ª

De Ideâ, existentiâ, quidditate et proprietatibus materiæ 1ª

Articulus 1us

De Ideâ materiæ 1ª

Cum recentiores omnes ea hac præsertim [illegible] materiam 1ª peripateticam impugnent, quia inte-
-lligibilis minime ipsis videtur, ut eorum invectivas, quas [illegible] appellas,
an fictas nescio, eludamus.

Assero, idea materiæ 1ª in sensu peripatetico non est inintelligibilis. Ratio [illegible]
materiæ 1ª definitione A. immediate superiori exhibita.

Probatur 1º Ab omnibus etiam huius [illegible] facile intelligitur in ordine metaphysico
dari quædam prædicata, quæ generica dicuntur, quia incipiunt in potentia ad con-
-trahi, suoq. modo perfici per suas differentias, uti communiter conceditur animalitas
cuius idea facile ab omnibus concipitur, ergo idea materiæ 1ª [illegible] dici [illegible]
[illegible] inintelligibilis: [illegible] difficultates profecto [illegible]
Idea materiæ 1ª ordine solummodo variato est omnino similis ideæ prædica-
-torum metaphysicorum est namq. idea alicuius 1ª potentialis physici, contrahibilis
et perfectibilis per aliud, ut in ipso constituentis totum physicum; 1º si illa facile

38

Probatur 2.° non est inintelligibilis idea illa, qua materia rerum artificialium concipitur ut subiectum aptum et indifferens ad quaslibet formas artis, quemadmodum esset ea idea marmoris rudis aptis et indifferentis ad suscipiendas formas quaslibet pro Artificis libito, ad quam mutato ordine accidentali in substantialem huic omnino similis est idea, quae exhibetur de materia 1.ª ergo idea materiae 2.ª non est inintelligibilis.

Probatur 3.° idea materiae 2.ª asseritur inintelligibilis, quae est intelligibilis, probetur consequentia si idea materiae 2.ª asseritur inintelligibilis vel ex animo talis asseritur vel fraudolenter, non fraudolenter, ut ut improbis enim studeo evadere adversarius mihi, ergo ex animo talis asseritur, sed hoc non, ergo non est inintelligibilis, si enim rem sumptam quod ex animo, et sincere asseritur inintelligibilem non impugnaret prudenti loquitur falsum videretur enim ut sententiam sententiam quam non percipit impugnare, 1.° vel prudentes non sunt Adversarij vel non fraudolenti, vel inintelligibilis non est idea materiae 2.ª 2.ª dicam, si credere non debeo ergo 3.ª eriguer, vel si hic modus eligendi Adversarijs placuerit, eligant ipsi si quam magis placet, caveant tamen ne incipientes cuitam cavilo in proculdubio in syllabas.

Obijcies contra 2.am simul et 1.am probationem ex idea praedicatorum metaphysicorum sicut etiam ex idea materiae artefactorum non colligitur idea materiae 2.ª ergo nullae sunt illae probationes. Probetur antecedens ab uno ad alterum rerum ordinem non tenet illatio ergo

Respondeo distinguo antecedens non colligitur idea materiae 2.ª tanquam ex argumento comprobante eiusdem materiae existentiam concedo antecedens, immo transeat non colligitur idea materiae 2.ª quo ad eiusdem ideae facilem captum nego antecedens, et consequentiam. Et ad antecedentis probationem distinguo antecedens ab uno ad alterum rerum ordinem non tenet illatio existentiae concedo antecedens, illatio similitudinis explicativa ac facilioris etiam in altero ordine tradendae nego antecedens et consequentiam. In illis probationibus demonstrare non intendebam materiae 2.ª existentiam, siquidem hoc in sequenti Articulo praestabo, sed unice imperceptibilem non esse eiusdem ideam, quaerendo a magis notis ad ea quae ignota, aut estimantur, nempe ut ea quae per se inintelligibilia videbantur, facilius intellectu conspiceremus, neque enim tironibus hic arguendi

modus cerneri absq. inuria potest, nisi omnibus materijs prudenter unusquisq. uti possit, et vitatis paritatibus et similitudinibus desumptis etiam a rebus in diverso ordine collocatis, quibus in casibus si paritatus ac similitudines ustenenda[?] quid rei, 2.do quid nominis procul dubio tenent et veritatis iuuandi. in presenti autem casu sufficit mihi ut obtinea 2.do quid nominis eius representati a natura imperceptibilis materie 1.e ideam, ratiam ad eius existentiam demonstrandam qui sequitur instituo A.us

Articulus 2.us

Utrum de facto in rerum natura existat materia 1.a

Certum sensibilia esse in continua ferme mutatione non est ambigendi locus. 1.o nulli cause 2.e competere posse virtutem creatiuam multo minus de facto conuenire, ne dum Philosophi omnes sed etiam Teologi firmiter docent. 3.o omnes ordinarias in natura mutationes a solis causis 2.is Deo simultanee concurrente incomcusse habere hac dubito nunc

Assero materiam 1.m in sensu peripatetico de facto existit.

Probatur 1.o nullum agens naturale potest producere nouam substantiam adequate, et aliam adequate corumpere, q.l in omni mutatione substantiali ad est materia, que per corruptionem non corumpitur et per generationem non generatur; Consequentia tenet, nam si nullus agens naturale de nouo adequate producit substantiam genitam unum tantum 1.o producit ex hijs, quibus intrinsece constat, adeoq. altera pars adest in eadem nouo non producta. Tum sine corrumpitur tota substantia q.l una tantum pars corrumpitur adeoq. altera manet etiam secuta corruptione, sed hec pars, que per generationem non generatur et per corruptionem non corrumpitur est materia 1.a ergo hec de facto datur in rerum natura. Probatur, mi subsumptum hec pars non est forma siquidem forma experientia suadente est corruptibilis, unde et generabilis neq. athomi Petri Gasendi, neq. triplex Cartesiana materia, neq. minima phisica mezenianica, neq. aliquod ex principijs Chimicorum ut satis ostensum supponitur q.o est materia 1.a peripatetica

Probatur 2.o omne q.d fit ex alio fit et omne q.d corrumpitur in aliud abit, hocq. alteram figuram induit, seu formam, q.l illud ex quo aliquod fit et illud quod post corruptionem remanet non est quid determinatus, particulare et proprium, quod indiuiduum est

semper est tale, q.d est aliquid commune, vagum et indeterminatum, sed pro mat.a 1.a nil aliud nisi hoc intelligitur q.d de facto in rerum natura datur mat.a 1.a

Obiicies 2.o illius rei existentia immerito asseritur cuius definitiones ridiculae sunt, sed materiae 1.ae Peripateticae definitiones ridiculae sunt, ergo illius existentia immerito asseritur. cum maior certa sit minor ostenditur: Ridicula est 1.a materiae definitio, nam quod sit subiectum ex quo omnia fiunt et in quod omnia resolvuntur nihil explicat, immo huiusmodi definitio aptari potest cuilibet principio phisico sive sint elementa sive atthomi. Ridicula est 2.a siquidem explicat potius quid non sit, quam quid sit mat.a 1.a

R. transeat maior, fieri enim potest definitionem incongruam esse et tamen rem de facto et indubitanter existere, et n.o minorem, quid enim ultra explicare debet quam quod materia sit 1.a in compositione et ultima in resolutione, quod autem aptari possit cuilibet principio phisico non video, etenim adaptabilis non est formis Peripateticis, non atthomis, non minimis Magnianis, non Cartesianis mat.a, ut videre considerantibus impugnationes assertionum oppositarum facile patebit. Neq. ridicula est 2.a mat.a definitio quia quamvis non explicet quid sit materia 1.a est tamen pleno ore nego tum per ultimas particulas innuatur. cum quid sit explicet tamen quid non sit, quod sufficit quando definitio alicuius rei traditur per negativum, ut procedit huiusmodi Aristotelica definitio.

Obiicies 3.o mat.a 1.a non est spiritus ex hoc admittitur. neq. est corpus, ergo est nihil. Mat.a vix ex praecedenti existit quo existit nihil. probatur 2.a antecedens pars: Mat.a 1.a caret omni extensione omni figura, omni qualitate, ergo neq. est corpus, ergo nihil

R. tum 1.a antecedens partem dist. R.a non est corpus in aliqua specie determinatum est antecedens, non est corpus imperfectum videlicet veram substantiam corpoream phisicam

incompleta, perfectibilis per formam n.ᵃ ass., ad probationem dicti: nam materia 1ᵃ caret omni extensione figura, et qualitate physica actuali; ergo omni extensione aptitudinali n.ᵃ ass. et consequenter in sensu explicato. Substantia corporea alia est completa, alia incompleta. De ratione substantiae corporeae completae, quae per antonomasiam simpliciter dicitur corpus, est exigere extensionem impenetrabilem; ratio enim corporeitatis posita est quod necessario et naturaliter exigat extensionem impenetrabilem, ut suo loco demonstrabo. De ratione autem substantiae corporeae incompletae, qualis est materia 1ᵃ, est naturaliter exigere formam, per quam in esse quantitativo actualiter collocetur. Hoc autem quod talem habeat naturam, quamvis spiritus non sit, nec corpus aliquod determinatum et completum, sane dici nequit quod sit nihil, nam licet nil completum medium inter spiritum et corpus, medium tamen quid incompletum, videlicet principia corporis, quae cum sint corporis 1ᵃ, ad illud totum, videlicet corpus, attinent, sunt quid corporeum, quia sunt corporis 1ᵒ constitutiva.

Articulus 3ᵘˢ

Quid sit materia 1ᵃ

Ut clarior, quo fieri potest, modo semper procedamus, sit

Monitum 1ᵘᵐ

Potentia triplex est: alia activa, et in hoc sensu ignis habet calefaciendi potentiam; alia passiva, et in hoc aqua habet potentiam recipiendi calorem; alia vero logica, et haec consistit in pura repugnantia ad essendum. Hic autem non quaeritur utrum materia 1ᵃ sit pura potentia in hoc ultima acceptione, siquidem certum est materiam non esse pure possibilem, cum actu componat quodlibet corpus. Sed unice in 2ᵃ, nempe an ita sit pura potentia, ut nullum identificet actum.

Monitum 2ᵘᵐ

Actus alius physicus est, alius metaphysicus. Actus metaphysicus dictus etiam entitativus est ipsa entitas rei, seu essentia vel realitas rei, cuius est actus, dicitur esse id quod est. Huiusmodi actus appellatur

metaphisicus, quia realiter a re cuius est actus non distinguitur. Actus phisicus est realiter distinctus a re cuius est actus et ipsam determinat ad aliquod esse eius; huiusmodi est anima rationalis respectu corporis organici. Iam sic:

Assero 2.º materia prima est pura potentia phisica, nullum actum phisicum secum identificans.

Probatur: materia prima per se ipsam, neque est quid neque quantum, quod adhuc ex dictis liquet, consequentia probatur. Ideo materia per se ipsam neque est quid neque quantum quia prima in se nullam habet formam substantialem, neque accidentalem, quae determinet ad aliquam speciem substantiae phisicae; sed quilibet actus phisicus est forma determinans ad aliquam speciem entis phisici completi, ergo materia prima si neque est quid neque quantum nullum secum identificat actum phisicum.

Dices: ergo materia est aliquod phantasma, quid enim aliud esse potest si nullum actum includit.

Sed contra non consequentia, et non quid esse potest, immo quid est; substantia phisica incompleta ex natura sua perfectibilis per formam, seu pura potentia phisica, et profecto phantasma immerito dicitur, aut potius tali nomine sunt nuncupanda somniata Gassendi atomi, ridicula Cartesii materia et nova illa [illegible] mixtio phisica, quae omnia praeter nomen nil habent.

Assero 3.º materia non est pura potentia metaphisica ita ut nullum habeat actum entitativum sive metaphisicum.

Probatur: quia materia est ens habens suam entitatem, realitatem, seu quidditatem, ergo habet suum actum entitativum; nomine enim actus entitativi intelligitur entitas ipsa, seu quidditas, quare res est id quod est. Probatur antecedens: materia prima est pars substantialis compositi, in quam per corruptionem compositum ipsum ultimo resolvitur; sed omne quod realiter aliquid componit, et in quod ultimo resolvitur, est aliquid habens suam realitatem, quare est id quod est, ergo materia prima suam habet

entitatem seu actum metaphysicum: illa ex dictis liquet, mi probatur, et ostendi etiam potest a pari ab artefactis, quae componuntur et nihilominus in aliquo quod habet suam entitatem.

Probatur 2° omne essentialiter distinctum ab alio diversam habet essentiam ab illo omne enim quod ab alio distinguitur per essentiam distinguitur, sed materia distinguitur essentialiter a forma, 2a probatur mi quaecumque diversa habent praedicata essentialia diversam habent essentiam, sed materia habet diversa praedicata essentialia a forma, ut constabit cuique rite consideranti, et recolenti superius dicta, ergo materia habet diversam essentiam, sicque et actum entitativum.

Objicies 2° materia non est hoc, neque ens, ergo per se ipsa nullum habet actum entitativum, alioquin esset hoc, et ens, probatur consequentia materia in se est indifferens ad omnes et quemlibet actum, ergo in se nullum habet actum neque entitativum

Respondeo distinguo antecedens materia non est hoc neque ens idest non est hoc, neque ens completum, et in aliqua entis specie determinatum concedo antecedens non est hoc, neque ens idest non est realis pars substantiae completae, adeoque neque ens saltem incompletum nego antecedens, et consequentiam ad cuius probationem distinguo antecedens est indifferens ad omnes et quemlibet actum physicum concedo antecedens, ad omnes et quemlibet actum metaphysicum nego antecedens, immo repugnat nihil enim indifferens esse potest ad habendum quod intrinsece habet: materia est ens physicum, non pro ut ens physicum sumitur pro ente constante ex forma physica, sed pro ut cum forma concurrit ad constituendum corpus physicum completum, hoc ipso autem quod concurrit ut principium positivum habere necessario debet propriam entitatem ergo

Objicies 3° pura potentia nullam habet potentialitatem, ergo etiam pura potentia nullum actum habere debet, atqui materia 1a est pura potentia ergo nullum actum habere debet.

Respondeo concedo antecedens nego consequentiam, quamvis enim possit dari purus actus nullam habens potentialitatem qualis est Deus qui cum sit infinite perfectus nullam habeat potentiam ad ulteriorem perfectionem, repugnat tamen dari aliquid, quod nullam habeat perfectionem nullumque actum entitativum, repugnat namque existere aliquid quod nihil sit, vel seu quod nihil sit, hoc autem ipso, quod existit in rerum natura se velatione est etiam aliqua perfectio, cum res, et perfectio dicantur ad convertentiam nater

enim est res q° aliqua perfectio, et aliqua perfectio q° res.

Articulus 4us

Utrum materia 2a habeat propriam existentiam.

Hæc unica de causa præsentem, quam libens omisissem quæstionem instituo ne moderni Novatores sugesitam in hac re Thomisticæ scholæ sententiam more suo et mihi irrideant dicantes me pro eo qd. rerum omnium principia assumere rem, quæ cum neq propriam quidem existentiam habeat, de facto et in re nihil est, ideoq. id violentes declamatorium chachinnis adiicere prædicatum et maiorem in dies credibilitatem assequatur. Peripateticum igitur contra Thomistas.

Assero materia 2a habet existentiam propriam a forma independentem

Probatur 1° eas diversam existentiam important, quæ diversis actionibus ponuntur extra causas, sed materia 2a ponitur actione totaliter diversa a forma siquidem materia 2a creatur, formæ educuntur, ergo materia 2a habent existentiam diversam a forma seq. propriam, et ab illa formæ independentem. Sintque præsens ratiocinium iure efficax videtur.

Dicent aliqui cum Thomistis actiones rerum productivæ aliæ sunt completæ, incompletæ aliæ, actiones 1i generis diversam existentiam important in rebus productis, actiones vero 2i generis non, sed materia 2a ponitur extra causas per actionem 2i generis, ergo non habet existentiam diversam ab illa forma.

Sed contra 1° Hæc actionum distinctio unde sumitur? Certe vel a termino, qui extra causas ponitur, vel ab agente, sed in neutro hæc actionum distinctio superflua est, omni omnino vana, q. vani et superflui ponitur, ad ostendo minimi: Actio qua extra causas ponitur materia 2a nec est incompleta ratione materiæ, quæ extra causas ponitur, neq ratione Dei agentis, qui illa ponit: 1a huius propositionis pars sic ostenditur, 2a a priori, quia cum quælibet operans operationi adæquata operantis naturalis, hæc vero quia Dei summe completa est qualiter est Deus, 2° illa posteriori quia [illegible] actio est completa, cui proprius intentus terminus corr-

-pendet, sed huic Dei actioni creatiuae proprius independens formae correspon-
-debit materiae 1.ae ergo ratiocinantis Dei intellectus omnis proximae alteri
actionibus distincta. 1.a minoris propositionis pars licet et ipsa per se probabilis
suadetur: Materia 1.a in genere suo, et quantum natura postulat est completissima; qui-
-dem est perfecta compositi pars, ergo actio, quae a Deo extra causas ponitur ratione sui incompleta
minime est asserenda, ubi minime talis censetur. Nota, quae extra causas ponitur anima
rationalis pars humani compositi; quae et ipsa in ordine ad totum est incompleta: Ad dictam
alatam actionis distinctionem nego ultimam partem maioris; nam quodcumque extra causas
ponitur in genere suo est perfectum, prima autem rerum omnium perfectio est existentia,
ergo materia prima quacumque actione extra causas ponatur propriam habet existentiam
a forma independentem.

Probo 2.m materia prima est vera causa physica, quae materialis tamen, et passiva
formarum, ergo ex se ipsa habet existentiam propriam, ab illa formae independentem: Inin-
-telligibilis namque est vera causa alicuius physica sine existentia, immo in ratione causa-
-litatis physicae constituitur per existentiam; causa enim causat non ut sit, sed
quia est. Ex quo contra Thomistas argumentum exige.

Corollarium

Materia 1.a supernaturaliter sine omni forma ~~naturali~~ substantiali conservari potest, quod
enim entitatem, et existentiam independentem ab alio licet sit ad aliud ex natura
sua ordinatum, sine illo conservari potest, nam ordinatio
nisi ordinatio actualis quia actus 2.us rei non annihilat, ~~talis~~ ut ex dictis materia 2.a,
et talis actualis ipsius unio ad formam est actus 2.us 2.ae. Dixi supernaturaliter, etenim
naturaliter, quae alicui essentialiter et ex natura sua competunt, auferri nequeunt;
ideoque nec materiae 1.ae naturali suo complemento, formis scilicet substantialibus. Dixi
omni forma substantiali, siquidem si sermo sit de accidentalibus opposita est conclusio,
dantur enim quaedam accidentia eiusmodi: v.g. ubicatio, duratio, et similia; siquae tamen
alia sunt quae in ipsam met materiae existentiam influunt, quas repugnaret illis naturaliter
-turaliter auferre absque contradictione valet.

A.lus 5.us

An mat.a 1.a ingenerabilis sit et incorruptibilis.

Generatio hoc in loco accipitur pro rei productione ex praesupposito subiecto: corruptio vero pro rei destructione remanente subiecto, ut supra praemissis.

Assero 1.o: Mat.a 1.a est ingenerabilis.

Probatur 1.o generatio est rei productio ex praesupposito subiecto, sed ad 1.am producendam subiectum, quemadmodum est mat.a 1.a, nullum praesupponitur subiectum ergo mat.a 1.a non est generabilis. 2.o nullum compositum ab agente creato ex nihilo fieri potest, sed si mat.a 1.a non esset ingenerabilis, fieri posset ex nihilo aliquod compositum ab agente creato, nam fieret ex partibus non praesuppositis ad ipsius constitutionem, ergo mat.a 1.a est ingenerabilis.

Dices aliud supposita mat.a 1.a generabili compositum ab agente creato non fieret ex nihilo, fieret enim ex mat.a generata, ergo.

Sed contra nam aliquis nam data mat.a 1.a generabili, haec generari deberet ad compositum constituendum, nam quantum compositi constitutionem inutilis est, sed hoc dato compositum aliquod ab agente creato fieret ex nihilo, siquidem fieret ex partibus non praesuppositis ergo adhuc tenet assertum. Adde: data mat.a 1.a generabili, ad ipsam aliquid praesupponitur subiectum, de quo quaero, estne generabile an non, si non ergo hoc subiectum est mat.a 1.a, scilicet 1.um verum componens, si sic iterum quaero hoc subiectum est ne generabile an non, quocumque modo respondeatur, idem semper quaerendo procedatur, et sic vel admittendus est processus in infinitum vel aliquod subiectum ingenerabile, 1.um non admittitur, ergo 2.um. Sed pro mat.a 1.a nil aliud intelligendum venit quam subiectum ingenerabile, idest ex quo omnia fiant, et ipsum non fiat ex alio, ergo mat.a 1.a est ingenerabilis.

Assero 2.o mat.a 1.a est etiam incorruptibilis

Probatur cuiuslibet rei corruptio est destructio rei ab esse permanente subiecto, sed in mat.a 1.a praeter ipsam non datur aliud subiectum, quod mat.a 1.a destructa permanere possit, ergo mat.a 1.a non est corruptibilis. Nam quaelibet corruptio originem habet vel ex defectu causae conservantis

vel ex introductione qualitatis, sed cum ea ricorruptio materiae 1ae nec ex defectu causae conservantis, quae habet Deus, qui nulli subiecto deficit; nec ex introductione qualitatis contrariae, etenim nulla qualitas contraria est, potest subiecto communis est corruptibilis.

Dices 1o quodlibet creatum compositum est incorruptibile, ex probatis non potest materia esse rem materialem, ergo tribuere soli esse materiale, quare neque stabitur materiae esse incorruptibilem et attribuere compositis incorruptibilitatem.

Ad contra nego consequentiam ad probationem dico nego consequentiam. Disparitas enim est, nam ad hoc ut compositum dicatur materiale sufficit ut ea materia [illegible] constitutum sit, at autem incorruptibile dicatur, necesse est ut omnes eius singulae partes incorruptibiles in se sint, et [illegible] indissolubiles, hoc quemadmodum est incorruptibilitas provenit ex integritate causae, materia autem sit aliquo modo dici potest esse materiale in singulis defectibus. Ex dictis hucusque rationibus evidenter sequuntur corollaria

Corolarium 1um

Ingenerabilitas et incorruptibilitas materiae 1ae est negativa potius quam positiva, siquidem materia 1a talis ideo est quia caret principiis generationis et corruptionis, scilicet quoad ipsam nullum praesupponitur subiectum, et illud post eius desitionem esse remanere potest, non autem quatenus positivum aliquid in eius creatione attribuit ad perpetuitatem exigat, aut habeat aliquam positivam qualitatem dicentem positivam repugnantiam ad posse generari, vel corrumpi.

Corolarium 2um

Omnis materia, quae de facto existit creata fuit, semper de nihilo sui, et subiecti, siquidem res, quae creatur, non componitur ex aliqua parte antea existente sive sub eadem sive sub diversa forma, hinc quamvis generari nequeat alia materia, potest tamen pro Dei libitum creari

Corolarium 3um

Materia 1a est substantia, et quidem simplex, non ordinata ad unum cum forma substantiale quodlibet compositum constituendum. Prima pars quia nisi esset substantia esset accidens, hoc autem

nō, nequit enim ipsa 1.ª subiectum esse simul aliud ante se supponere quemad-
-modum est de ratione accidentis; ex alia parte neque in forma, et subiecto magis
esse potest ingenerabilis et incorruptibilis quae substantia esse et quid id singulare.
Hic multi multas alias de materia 1.ª quaestiones agglomerare consueuere, prae-
-sertim de illius appetitu ad formas, quo auctores has, quas nec necessarias nec utiles
duco omittendas censui, ut quam citius ad maiora procedamus unde sit.

L.° 3.°

De formis substantialibus, et accidentalibus in sensu Peripatetico.

A.as 1.us

An in rerum natura de facto dentur formae substantiales Peripateticae.

Ex dictis L.º 2.º A.º 6.º noueris formam substantialem iuxta peripateticorum placita
definiri ac esse entitatem phisicam incompletam ab omni particulari materiae
combinatione distinctam, formaliter constituentem omne corpus naturale
per modum principii intrinseci determinatiui materiae ad hanc potius quam ad
aliam speciem entis naturalis iuxta tritam eius definitionem: forma est actus
1.us corporis unum per se cum materia constituens. Dicitur actus ad differentiam materiae
quae est purae potentia, dicitur 1.us ut ab accidentalibus formis secernatur;
dicitur unum per se cum materia constituens, ut intelligatur ordinem habere
a natura ad unum totum cum materia constituendum. His positis

Assero: etiam in corporibus uitae sensuque carentibus datur uera forma substantialis
in sensu peripatetico ab omni particulari materiae combinatione, et
accidentium complexione distincta. Ex arte posui hic etiam loquendo nunc
de corporibus uitae, sensuque praeditis, immo etiam dumtaxat de corporibus uita
uegetatiua donatis, hoc certum suppono ex tractatu de anima.

Probatur 1.º dantur plura composita naturalia, quae constant uera forma substantiali
in sensu peripatetico ab omni particularum materiae combinatione et accidentium
complexione distincta, et huiusmodi formae peripateticae dantur etiam in corporibus

vita, sensuq. carentibus: Ans. loquendo de humanis corporibus est fidei catolicæ dogma, de cæteris vero viventibus vita sensitiva vel vegetativa prædita, vel etiam vegetativa tantum carere pro nunc postulo et mihi concedatis. tum in fine dicendis in ultimo tractatu de anima. Tum ex similitudine effectuum quos liquido conspicimus in viventibus sensibilibus, et cum brutis vegetativis ad illos, quos homines præstant; probatur cons.a ubi datur effectuum similitudo, ibi dantur causæ proportionaliter consimiles, sed etiam in corporibus vita, sensuque carentibus dantur effectus similes exi-stentibus in homine, ergo etiam in compositis vita, sensuque carentibus dantur causæ cum proportione similes existentibus in homine, sed in homine vere dantur formæ substantiales ab omni particulari mat. combinatione, et accidentium complexione distinctæ, ergo dantur etiam in compositis vita sensuq. carentibus ista certa eadem unicuiq. debetur, 2. quia natura uniformiter semper operari debitum tamen semper cum proportione, 3. quia equissimum est statuere aliquas ideas universales corporum naturalium hanc autem a nobis colligere prudentior modum censeo, et ab ignotis [illegible] maximum summum demum simul ab omnibus mun-mentis firmiter teneri debet, sed perspicaciorum ideo a nobis sumitur illa vero a perspicacioribus ab ignotis, immo [illegible] inverso, nam accipitur ab artefactis, cum in omnibus compertum compertum liqueat artem naturam, et quidem in perfectiori modo sequi et naturam artem [illegible] vero ab arte perspicacioris [illegible] loquor [illegible] fun-damento, quod nunc ostendo minor. Aqua calefacta si totam reparat frigus sicut homo infirmus sibi suas reparat vires: item ignis producit et conservat in se ipso intensionem caloris sibi debitam, quemadmodum quilibet vivens sensitivus sibi conser-vat temperamentum caloris vitalis ergo etiam in compositis vita sensuq. carentibus dantur effectus similes existentibus in hominibus, ergo dantur et causæ cum proportione similes sed hii effectus in hominibus sunt a forma substantiali ergo etiam in compositis vita sensuq. carentibus.

Dices 1. si quid roboris haberet adducta probatio legitime inferri posset quod quælibet corpus substantiale sensibile constat ex mat. et forma vivente, et intellectiva, atqui illatum est evidenter falsum, ergo nil habet roboris adducta probatio

Sed contra dist. mai. legitime inferri posset quod [illegible] nisi oppositum positive constaret c. mai., si oppositum positive constet n. mai., et dist. min. illatum est evidenter falsum

et ideo quia oppositum apertius constat c°, neq. n. minor est concessa.
Ideo illatio legitima non est, 2° quidem liquide de omnibus est nobis dubia
fide tus ex transcendentalis alijs efficacibus rationibus nullum compositum praeter
humanam animam viventem intellectivam constare 2° quia sive asserit. possibilis
alia quaedam forma substantialis materialis quae nec viventis sit, nec intellectiva
sed sit quaedam pura mere exigitiva talis sensibilitatis, semel autem quod haec sit pos-
sibilis illatio procul dubio est illegitima: quod autem haec vere asseratur possibilis, ut
ex suadetur, nempe ex similitudine effectuum quos conspicimus in brutis ad illos qui
praestantur ab hominibus vere naturis legitime asseritur possibilis, immo invenitur
brutis forma quaedam substantialis in genere ex comparatione ex inde brut-
orum ad hominis procedentibus asseritur formas brutorum sensitivas quidem esse et
vegetativas sed non intellectivas, ergo quia datur entia in compositis alijs sensu
carentibus aliqui effectus similes existentibus in hominibus, legitime asseritur possi-
bilis, legitime invenitur huiusmodi compositis forma alia substantialis in
genere, ex comparatione deinde horum compositorum ad animam procedentibus asseri-
mus horum compositorum formas nec intellectivas esse nec sensitivas, nec vegetativas,
sed mere exigitivas talis sensibilitatis: Dixi procedentibus asserimus, nam hoc pacto
et naturae uniformitatem, quam negare non possumus, sustinemus, et a notis ad ignota
inductione physica argumentamur, quod in physicis fieri debet et semper magna cum
securitate et laude fit.

Dices 2° Ab homine ad caetera composita naturalia nulla fieri potest inductio, ergo nihil
concluditur. Probatur antecedens homo constat ex corpore, quod est materia, certaque figuratione
materiae conflatum, deinde additur anima rationalis, ergo ab homine ad caetera composita
naturalia nulla fieri potest inductio.

Sed contra nego antecedens, ad eius probationem antecedens concesso nego consequentiam: etiam in alijs compositis
nec negatur, nec negari potest compositio ex materia et figura, in quolibet enim
composito materia est cum sua figura, seu figurata, at quemadmodum in homine
praeter materiam et figuras datur forma quaedam substantialis, ita et haec per phy-
sicas inductiones colligi debet etiam in alijs compositis.

Dices 3° ideo in homine animam rationalem quae est ipsius forma dicimus esse formam,

particularum combinatione, et accidentium complexione quia haec est spiritualis.

Sed haec ratio non valet de formis materialibus [illegible] entium, quae quamvis forma corporis humani distincta sit ab omni particularum materiae combinatione et accidentium complexione, neque tamen nequit a priori talis etiam esse aliorum corporum formis,

2°

Sed contra 2° causaliter omnis [illegible] dato etiam quod forma humani corporis esset materialis, propter tamen [illegible] ad animum hominem [illegible] adhuc ab omni particularum materiae combinatione et accidentium complexione esset distincta, ostendam materiam adhuc esse [illegible] idest omnigenam [illegible] corporis, et homo, licet non est mens, adhuc esset activus quia adhuc haberet principium suae activitatis, sed non materiam, quod enim nullius est activitatis, activum principium esse nequit, neque a combinatione particularum materiae, combinatio enim materiae quaecumque haec sicut habet posse materiae naturaliter immutari, neque ab accidentium complexione, nam accidentia non propria sed alterius virtute operantur, et quidem virtute alterius ex sua natura activi, quod adhuc etiam in illo casu homo esset activus per aliquid aliud sed hoc aliud, cum neque posset esse materia, nec materiae combinatio, nec accidentium complexio esset quid ab his distinctum, hinc non nisi forma substantialis, quare ratio cur anima rationalis quae est hominis forma sit ab omni particularum materiae combinatione et accidentium complexione distincta non est quia est spiritualis.

Instabis ex particulari conclusio universalis inferri nequit, quare nil probat allata probatio

Sed contra, dicto quod ex particulari conclusio universalis inferri nequit, loquendo de rebus contingentibus seu de actionibus quae contingenter fiunt [illegible], loquendo de operibus naturae [illegible], siquidem natura in operando debita tamen sua proportione uniformitatem servat: vel in casu non absolute [illegible]. Illatio namque etiam ex particulari legitima est, ut docet disputatione 2a de verum naturalium principiis C. P. Benedictus Canalis, quando in ipsa servatur ratio inherentis praedicati in subiecto.

Probatur 2° in rerum natura negari nequit generatio substantialis nec substantialis corruptio, ergo dantur formae substantiales perfectae ab omni particulari materiae combinatione, et accidentium complexione distinctae. Probatur consequentia generatio substantialis terminari debet ad aliquid substantiale quod producat, quemadmodum corruptio substantialis ad aliquid substantiale quod corrumpat, sed hoc substantiale esse nequit materia 2° cum haec ingenerabilis

sit, et incorruptibilis, ergo erit aliquid distinctum ex quod est substantiale, vel generatio sit substantialis, ergo datur aliquid re et entitate distinctum ab omni partium naturalium combinatione et accidentium complexione, quod formam nobis vocamus.

Dices per generationem non produci novam entitatem, sed tantum novum modum partium existentium ita ut generatio nihil aliud sit quam nova partium coexistentium dispositio quemadmodum corruptio nihil est aliud, quam mutabilis partium divisio etc.

Sed contra 1.o quia motio primis hec partium dispositio vel est quid accidentale, vel non; si siquidem Athomistae omnes, et etiam Clementenses negant omnia accidentia, vel est nihil, sed neque hoc, aliter nihil esset unde ex his rerum naturalium principiis restat ergo ut sit aliquid substantiale, et sic habetur intentum. 2.o generatio est unio maxime inter se differentium, ubi summe distant inter se, veluti separatio est corruptio, sed mera partium dispositio unio est, ut generatio, quemadmodum partium divisio separatio est, non corruptio, ergo generatio male in mera partium dispositione collocatur, sicut corruptio in mera partium divisione.

+ Probatur 3.o argumento desumpto ex D. Thoma: Cum enim (inquit S. Doctor) Deus sit agens per intellectum, oportet, ut omnium que producuntur habeat similitudinem idealem, et per consequens ut eius effectus in tantum perfecti dicantur, in quantum formarum idealium aliquam similitudinem representant, ut sic in rebus materialibus non aliquas sola materia, verum etiam formarum idealium aliqua similitudo, quam alio nomine dicimus formam. Hec ergo D. Thomas, quibus ex verbis sic arguo: debet dari in rebus materialibus aliqua similitudo conformis ideis divinis, a quibus perficiuntur, et hec similitudo esse debet in ea ratione, in qua assimilantur; sed formae ille ideales, cum quibus assimilantur, sunt idee substantiales, ergo debet dari similitudo aliqua substantialis in rebus materialibus, sed hec similitudo est id quod nomine formae intelligimus, ergo dari debet in rebus materialibus forma substantialis.

Probatur 4.o quilibet prudens Artifex si operi suo dare potest formas que illud regant contineant in officio ac tueantur a corruptione illas certissime dat, sed Deus est prudentissimus simul, et prestantissimus rerum omnium Artifex, atque eo fere modo, quo Artifex operi suo imprimit formas que representat idealmente conceptas, sic et ipse res distinguit rationibus representantibus illas ideas, quas sibi in mente proponit,

3.º Deus rebus omnibus dat formam, quae illas regat, in officio contineat, et a corruptione vindicet; at quae formae operantur naturam regere in officio continere, et a corruptione preservare est forma substantialis materialis in sensu Peripatetico. Ergo hanc dat Deus rebus omnibus. Probatur minor subsumpta, forma haec officium exercet quod quicquid [illegible] nit quae dat ex intrinseca sui virtute exigitivam propriae conservationis, et reparationem qualitatum deperditarum, sed huiusmodi vis non est accidens, nam accidens non propria, sed aliena virtute operatur; neque particularis materiae combinatio, siquidem est aliquid distinctum a materia taliter combinata, quae ut materia nullius est activitatis, ergo est quid distinctum a materia, et cum accidens esse negatur, erit substantia, sed ut nunc passiva, ergo activa, ergo forma peripatetica.

Objicies 2.º forma substantialis Peripatetica esse nequit entitas a materia distincta nisi sit entitas, vel spiritualis, vel materialis, sed neque est entitas spiritualis ut omnibus patet, ut neque materialis, ergo forma substantialis materialis Peripatetica non est entitas a materia distincta. Probatur 2.a pars minoris nulla est entitas materialis nisi sit materia, ergo nulla est entitas materialis a materia distincta. Probatur ant. materia idem est ac ens materiale, ergo probatur ant. divisio entis in materiale et spirituale eadem est ac divisio entis in spiritum et materiam, ergo quidquid spiritus non est, est materia, sed forma Peripatetica non est spiritus, ergo est materia et quae per Peripateticos non est materia, ergo revera nihil est. Confirmatur nulla alia entis idea datur, nisi sit idea entis vel cogitantis quod est spiritus, vel extensi quod est materia, sed spiritus, ut patet, non est, ergo est materia. Probatur maior divisio entis in materiam et spiritum est adaequata, siquidem inter spiritum et materiam nullum datur medium, ergo.

Resp. 1.º maiorem et 2.am minoris partem negando, ad cuius probationem nego maiorem, et ad huius probationem dico quod ens materiale idem est ac ens materiale determinabile concedo, ac ens materiale determinans nego ant. et consequentias. Ad aliam antecedentis probationem nego absolute [illegible] nec mihi deest ratio, quia plus potest asinus negare, quam Philosophus probare, cum illatas nequeunt propositiones, fides retrahitur a principio incipio, negando [illegible] 2.am minoris partem, nam forma substantialis peripatetica est entitas materialis, non est quod sit illud commune subiectum, et indifferens, quod in quavis mutatione substantiali sensibilis corporis in aliud remanet, sed est illud, quod hoc commune subiectum indifferens determinat ad esse specificum, unde ex dubio capite aliquid dici esse potest entitas

materialis, vel quia est subiectum commune mutationum corporum, vel quia est subiecti communis determinativum, et huic innixus fundamento illam pariter propositionem negavi in qua dicebatur: Nullum est subiectum materiale nisi sit materia, vel ex dictis habens aliquod esse posse ens materiale subiectum determinativum subiecti communis, quin sit ipsum commune subiectum, idest materia: hinc falsa illa propositio: Materia idem est ac ens materiale, magis namque late patet terminus ens materiale, quam subiectum commune, et hujus determinativum subdividatur, quam hic alter materia, quae tantummodo subiectum commune importat: ex quo ad minus insubsistens est divisionem entis in materiale et spirituale eandem esse ac divisionem entis in materiam et spiritum, siquidem divisio entis in materiam, et spiritum est divisio in membra in[illegible] subdivisibilia, spiritus enim licet sub se diversas species [illegible] contineat, subdividi nequit in diversas substantias diversae naturae spiritualitatis, id est diversi [illegible] materia; et quidem forte ut patet quae neque sub diversis speciebus collocari potest, e contra vero ens spirituale subdividi potest in ens substantiale, quales sunt Angeli, et animae rationales, et in ens spirituale accidentale ut sunt habitus fidei, spei, et charitatis, et gratiae sanctificantis, quin immo et actus nostri intellectus, et voluntatis intellectiones nempe, et volitiones, ita pariter ens materiale subdividitur in potentiam et actum, in subiectum, et formam, in commune et speciale. Ad confirmationem ex Cartesio desumptam nego maiorem, ad cuius probationem dist. ant. divisio entis in materiam, et spiritum est adaequata, si per materiam ens materiale, per spiritum ens spirituale intelligatur, conc. ant., si per materiam intelligatur subiectum commune, per spiritum intellectus nego ant. vel alio pacto idem distinguo ant. divisio entis &c est adaequata [illegible] conc. ant., et ultimo nego ant. vel aliis verbis divisio entis &c est adaequata, per materiam quid extensum, per spiritum quid inextensum, nullam aliam rationem spectatis, conc. ant. si termini rigorose accipiantur, ut sonant nego ant. et assigno medium inter utrumque, immo non unum sed duplex, nimirum accidentia spiritualia, ut sunt spiritus S. Dona, et similia et ens materiale activum simpliciter, idest formas substantiales.

Dices haec solutio est arbitraria, quia nulla est, probatur ant. nisi seculis inaudita fuit divisio entis materialis in subiectum, et formam, in potentiam, et actum, & quia ens spirituale ut dividitur nisi in substantiale, ut sunt Angeli, et animae rationales, et in accidentale ut sunt spiritus S. dona, quia etiam ens materiale ad summum subdividi tantum [illegible]

in materiam ex formis accidentalibus nullatenus in substantialibus a materia distinctis. 2.º quod ex gratis et ex abundantia cordis sit haec subdivisio entis materialis in subiectum et formam, quod solutio fuit arbitraria.

Sed contra nostram etiam, et 2.am probationem dico: pariter etiam, quod ni fallor, verisimile propositum sat fuit mihi nullo persuadere non possum, tale parcas in legendo fuisse Adversarios meos, ut ab ipsis a saeculis inauditam asseverasse divisio illa entis materialis in subiectum seu formam, in potentiam et actum, quam ante Augustinus et D. Thomas aliorumque innumerorum sacri nominis Doctorum Sacrorum, cum profanorum docuit Aristoteles, lib. 1.º Physicorum textu 81, lib. 12.º Metaphysicorum textu duodecimo, lib. 7.º metaphysicorum textu 7.º et 23.º, et alibi saepe numero. Ad 2.am probationem omisso aliquo nostro conseq. Omnis etiam, etenim non desunt Doctores, quos inter ego, qui docent subsistentiam esse quid positivum, et quid substantiale desumendo naturam etiam in Angelis, immo nec desunt qui putent, quamvis non de facto, saltem tamen de possibili Angelum seu spiritus constare posse ex partibus spiritualibus substantialibus, quarum una se habeat tanquam subiectum indifferens, altera vero tanquam formam, seu rationem determinantem; sed libertatis gratia ommitto, in quam, etiam et nostrum conseq. Ecce disparitas: In ente substantiali spirituali quo ut tenero nobis constat nulla est pars substantialis quae indifferens sit ad esse in hac vel illa specie, atque deinde compleri, determinari ac contrahi debeat per aliam partem substantialem ad hanc potius quam ad alteram entis speciem. E contra vero in materialibus compositis datur pars ~~materialis~~ substantialis de se indifferens non solum ad rationes accidentales, verum etiam ad substantiales, ut quaestione 2.a A.º 2.º praesentis tractatus fuse fuit ostensum; quod debet etiam dari pars substantialis contrahens ac determinans. Ad 3.am probationem consulendo, quaeso, quae tum pro hac re allatis probationibus, iisdem eam videntur, utrum ex eodem abundantia cordis haec subdivisio adducta fuerit, an vero a gravissimis rationibus subministrata.

Instabis: Quidquid est substantiale est substantia, quidquid est accidentale est accidens; quod etiam quidquid est materiale est materia.

Sed contra 1.º cur non addidisti quidquid est spirituale est spiritus, probasses etenim etiam spiritus quantitas et actus intellectus ac voluntatis humanae esse spiritus. Video causam: illico vitabas errorem perspicabilem, ideoque omittendo prudenter te gessisti prudentia, unde, si eam illationem omisisses. 2.º eamdem nego consequentiam. Disparitas autem petenda videtur est ex hominum placito, qui nomine vel substantialis solam substantiam, quemadmodum accidentalis solum accidens

intelligi voluerunt. Nomine vero rei materialis, etiã q̃d est materia, et eius determinativum.

Arguitur: hoc determinativum materialis ex ipsarum q̃d dicitur, esset quid corruptibile, sed omne corruptibile est etiam materia, ergo hoc determinativum materialis est etiam materia, ergo non dicit entitatem adequate distinctam a materia: haec expositione non indiget et, cum a Peripateticis concedatur, probatur. itaque maior: omne corruptibile constat ex subiecto, sed quod constat ex subiecto est etiam materia, ergo omne corruptibile est etiam materia: minor per se patet, subiectum enim et materia in eadem idem sunt: maior ostenditur: omne corruptibile quando destruitur, ita destruitur, ut eius subiectum maneat, ergo omne corruptibile constat etiam ex subiecto scilicet materia, atque adeo formae materiales, quae corruptibiles sunt, a materia adequate distinctae esse nequeunt.

Sed contradicitur: maior hoc determinativum materialis est quid corruptibile per accidens, concedo maiorem, per se, nego maiorem, et distinguo minorem omne corruptibile per se est etiam materia, concedo minorem, corruptibile per accidens, nego minorem, et consequentiam: Ad probationem dicitur distinguendo maiorem, omne corruptibile per se constat etiam ex subiecto, concedo maiorem, corruptibile per accidens, nego maiorem, et sic distinctam non consequentiam, eandemque distinctionem adapto etiam alteri syllogismo adducto in probationem maioris. Corruptibilia enim ut docet S. Thomas 4 p. q. 75 a. 6. alia sunt talia per se, et haec ea sunt, quae in se principium aliquod habent, per quod ad corruptionem ex intrinseco suo tendunt, et huiusmodi sunt omnia mixta: Alia sunt talia solum per accidens, haecque illa sunt, quae quamvis per se desinere nequeunt ab esse, desinunt tamen ab compositi corruptione, et huiusmodi sunt formae substantiales materiales ut in propria sede docebo. Illa vero priora ex quae corruptibilia sunt per se etiam ex subiecto constant, scilicet ex materia, proindeque non sunt quid a materia in toto et adequate distinctum, quae vero solum per accidens corruptibilia, quia ex subiecto nullatenus constant, ideoque sunt quid ex toto, et adequate a materia distinctum.

Inveniet ergo immerito formas substantiales peripatetici dicunt esse materiales et probatur subsumptum et consequentia, illud immerito dicitur materiale quod tantum abest quod de materia participet ut ex intrinseco suo repugnet posse habere aliquam ex ipsius proprietatibus, at qui si vera sunt dicta, hoc de formis substantialibus peripateticorum verificatur. ergo hae immerito dicuntur materiales.

Sed contravenit contrariae eiusque probationi, quia sicut omne materiale dicitur materiale a materia quemadmodum ac omne spirituale dicitur tale a spiritu, alioquin Spiritus S. dona essent quid spirituale, quoniam sint Spiritus, sed materiale dicitur etiam eo quod sit determinativum materiae, et si tale vocetur ex hoc capite dicatur tale dicitur eo manere quod propter creaturam vel etiam eo quod a materia pendeat in esse, et conservari vel tam [illegible] quemadmodum in casu de formis peripateticis aut etiam [illegible] Animus ab omni spirituali differt, et differt in re et a materia, sed tamen in nomine conveniat quamquam differat a [illegible] virtutibus, et proprietatibus quas ad illam ordinant [illegible] tamquam ad potentiam formae ad subiectum.

Adulc ad quaesitum: Cuius anima rationalis ordinem dicit ad materiam et quidem tamquam verum corporis forma, quod si vere vult dictum, etiam ista dici deberet materialis, sed hoc omnino dicit ut esse debet, a prudenti loquendi modo, quia formae peripateticae, vel defectu de materia participant, vel immerito dicitur materialis.

Sed contradicitur: cum etiam anima rationalis ordinem dicit ad materiam, sed ad [illegible] esse longe differt [illegible] et in esse conveniunt [illegible] et consequenter anima rationalis in primis productione in esse, nec in conservatione a materia pendet. [illegible] esse longe a materia differt, immo etiam ipsa est verus spiritus, ut in tractatu de anima, fide et ratione docuit ostendat: Hic autem de formis peripateticis ostenderint profecto quod licet illa dicitur materialis et merito proprietatis dictae, tales nunquam sane est ascendendum animam rationalem.

Obiicies 1.: formae substantiales materiales peripateticae dare nequit composito esse, agere, et distingui, quod consequenter [illegible] Consequentia tenet, probatur antecedens. 1. quia partibus formae dat esse composito, vel illud dat omnibus partibus compositi, vel aliquibus tantum, vel nullis; sed [illegible] omnibus, quia alioquin et sibi ipsi daret esse, quod implicat, neque aliquibus tantum, alioquin illud daret et materiae, quae tamen formam praesupponit. si vero nullis partibus dat esse quod dici [illegible] peripatetici formam dare esse composito: Probatur modo 2.o proprie: Corrupta forma [illegible] remanent eadem actiones et virtutes in partibus quae ad corruptionem superessent: ~~datur~~ [illegible] fundere. nam si herba vel planta in mortario et [illegible] in minimas particulas, procul dubio forma [illegible] periit [illegible] eadem tamen virtutes, et vires retinent particulae illae ut constat de [illegible] quod nec agere dat formae composito: Probatur 3.o materia per propriam esse distinguitur a forma [illegible] quomodo

alię cum quodlibet aliud non sit proprium nisi illius materiæ, propter quod distinguitur
materia illa a forma quæ eam distinguit dat formam composito.

R. nego ans. et ad 1. partem probationis dico formam dare esse composito in quantum
ex ipsa et materia, quatenus habet de esse unum, est incompletum ad esse determinatum
et completum eiusdem compositum. Ad 2. partem probationis dist. ans.
corrupta forma, dum dividitur, seu secato composito in partes usque in infinitum
nego ans. corrupta forma et non corrupta nego ans. cum consequentia: donec cum mine-
ris redacto pervenitur ad minimas partes ad quas nos experiri valemus et ignem, ignis
cum in illis partibus adhuc forma ignis perseverat. Ad 3. probationis dico
enumerationem non esse ultimam consequentiam. Forma quidem non dat distinguere inter
unam materiam et alteram, nec inter materiam et formam, hoc enim utique est ex ent-
itate materiæ, dat tamen distinguere, vel differre unum compositum ab alio.

Objicies 3. forma materialis insensibilis minime admitti potest in rerum natura sed forma
peripatetica est insensibilis, ergo. Probatur maior 1. auctoritate Aristotelis docentis l. de
generatione textu 7. non esse aliam substantiam agnoscendam præter sensibilem:
2. forma peripatetica si admittitur admittitur ut sensibilium corporum principium,
atqui principia corporum sensibilium esse nequeunt nisi sensibilia, ergo si forma
peripatetica non est sensibilis admitti in rerum natura haudquaquam potest.

R. dist. maiorem substantia materialis insensibilis tum mediate cum immediate conc. maiorem insensibi-
lis solum immediate, nego maiorem, et sic distincta minori, et 2. maioris probationem dico
progrediar et maiori conc. dist. similiter minorem principia corporum sensibilium esse
nequeunt nisi sensibilia, aut mediate, aut immediate conc. minorem, nisi sensibilia
immediate et hoc de ipsentia nego minorem et consequentiam. Forma materialis peripatetica
est quidem insensibilis quo ad nos immediate, sicuti quælibet alia substantia et
ipsa materia conc. vel immediate suis infirmis sensibus nostris non cadit est tamen
mediate sensibilis per accidentia ipsius propria, ut de facto sensibilis redditur
quælibet alia substantia. Ad verum et 2. ans. non minus sensibilis est forma
materialis peripatetica ac sit materia conc. cum et ipsa, quemadmodum ista, sit vera
substantia licet incompleta. Agendum est de ratione et modo, quo habet
formam substantialem peripateticam, est eodem modo habenda etiam accidentia abso-
luta in principiis.

A.us 2.us

An in rerum natura de facto dentur accidentia absoluta peripatetica.

§. 2. A.o 1.o prosequuti auctores et imprimis peripateticos praeter formas substantiales aliquas admittere admittere, quas vocant accidentales seu accidentia. Nomine autem accidentium nomine a peripateticis intelligitur non mera obiectiva operatio, aut pura sensatio, aut simplex impressio sensibus facta, aut mera extrinseca sensibilitas, aut quid simile sed merae rationis reales, physicae realiter a forma substantiali et materia omnique earum combinatione distinctae, quae quidem substantia non sunt, attamen nec nihil, sed quid medium interveniunt, et quidem quid vere reale et absolutum nec mere relativum. Atque accidentia sic explicata utique causam in rerum natura collocant siquidem eorum munus esse materiam disponere ad formam substantialem recipiendam, substantiam ponere sensibilem reddere, illique inservire ad operandum, aliaque quam plura praestare absque [illegible] composito quin corrumpatur; atque ideo accidens deffinitur a Porfirio quod potest adesse et abesse sine subiecti corruptione; dicuntur tamen composito inesse, non ut partes, inesse, sed vere ut formas qualificativa, in quo etiam qualitates nuncupantur, eo quod compositum qualificent et qualificando distinguant, perfectiones enim sunt adventitiae, ut in subiecto seorsim esse naturaliter nequeant; hinc Aristoteles occasionem sumpsit sic illa deffiniendi: Accidens est, in subiecto esse dico quod in aliquo quidem est non ut pars, et situatur seorsim ab eo, in quo inest, esse nequit. Atque praemissis ut melius propugnetur sistema subtilias argumentis [illegible] [illegible].

Assero dantur in natura formas reales positivas a substantia realiter distinctas seu in natura vere dantur accidentia realia in sensu peripatetico.

Probatur: ubi in aliquibus compositis reperiuntur adesse formae quaedam reales positivae a substantia realiter distinctae merito inferri potest, dari accidentia peripatetica vere dari in rerum natura, et quidem in omnibus compositis materialibus, atqui in aliquibus compositis materialibus facile ostendi possunt huiusmodi formae reales a substantia realiter distinctae, ergo vere dantur in rerum natura et quidem in omnibus compositis realibus accidentia peripatetica. Maior est certa siquidem accidentia in sensu peripatetico nil aliud sunt nisi formae quaedam reales positivae a substantia realiter distinctae, et in compositis naturalibus natura uniformiter servatur. Probatur.

itaque in Concilio Tridentino sessione 13ª canone 2º legitur: Si quis dixerit in sacrosancto Eucharistiae Sacramento remanere substantiam panis et vini una cum corpore et sanguine Domini nostri J. C. negaveritque mirabilem illam et singularem conversionem totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem manentibus dumtaxat speciebus panis et vini, quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime ~~vocari~~ transubstantiationem appellat anathema sit, et canone 3º eiusdem sessionis: Si quis negaverit in venerabili Sacramento Eucharistiae sub unaquaque specie, et sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta totum Christum contineri anathema sit.

2º in aliquibus compositis naturalibus facile ostendi possunt formae reales positivae a substantia realiter distinctae: Probatur: siquidem species panis, et vini, quae sola ex fide manent in venerabili eucharistiae sacramento, omnibus destructis panis et vini substantiis 1º non possunt non esse nisi quid realiter distinctum a substantiis panis et vini: 2º dici nequeunt meri modi substantiae: 3º nec pure sensationes, aut impressiones venientes factae a Christo ad se occultandum: 4º nec cum Cartesio substantia tenuis, ac aerea, quae intra panis, et vini poros recondita movebatur, ad nunc destructis panis, ac vini substantiis easdem affectiones nostris afferens producens ac imprimens: 5º nec cum aliis eiusdem Cartesii sectatoribus vocari possunt panis superficies: 6º nec asseri esse corpuscula quaedam, seu effluvia constituentia ~~res~~ exteriores apparentias, ac species panis, et vini, ex alia parte vere manent in eucharistia, quae aliquid sunt non substantiale fide docente, ergo accidentale, quae vere sunt verae dantur in natura accidentia in peripatetico sensu.

Probatur 1ª: id quod manet substantia, et ea penitus destructa non est substantia, sed quod non est substantia est quid realiter ab ipsa distinctum, quia quod manet substantia penitus destructa est quid ab ipsa realiter distinctum, atqui species sacramentales manent substantia panis et vini penitus destructa quae sunt quid ab ipsa realiter distinctum, sed hoc quid realiter a substantia distinctum quae sunt species sacramentales dici nequit merus modus substantiae.

Probatur: hoc ipsum quod est in ordine 2º: purus, et merus modus quamvis separari posset

a suo subiecto, cui afficitur; nihilominus tamen communissime docent Scholastici, ne divinitus quidem exsistere potest a suo subiecto separatum, ergo illae species sacramentales, quae subiecto suo destitutae sunt, destructa panis et vini substantia permanent, neutiquam sane dicendae sunt merae et puri modi; sed neque dici possunt purae sensationes aut impressiones sensibus factae a Christo vel a Deo simultanee, quod est 3um, et

Probatur 1o praeter quam quod saeculo nono Radulbo, Carolo Calvo iubente, sic sentientes proscripti sunt, atque articulus est vere superesse panis et vini accidentia in Eucharistia, nec ipsa consistere in pura illusione factorum sensibus a Deo, hic loquendi modus opponitur Tridentino, et ostenditur: Tridentinum expresse asserit species sacramentales in Eucharistia manere, sed nihil nisi permanens manere potest, ergo cum species sacramentales in Eucharistia manere Tridentinum intelligit aliquid permanens, sed sensationes et impressiones factae sensibus nostris a Deo non sunt quid permanens, siquidem illae cessant reclusa Hostia consecrata in pixide, vel ciborio, ergo qui ita sentit hoc suo loquendi modo exprimit Tridentino opponitur.

Probatur 2o species Eucharisticae vel sacramenta manentia sunt veri una cum Christi corpore [illegible] nostrorum sensuum vel non sint, ergo Eucharistia non est sacramentum permanens sensibile, quod est contra S. Augustinum, quem Scholastici omnes sequuntur asserentes sacramentum esse invisibilis gratiae visibilem formam, quippe cum nullum esset in Eucharistia reale signum sensibile sensibus non operantibus: si maneret ergo species sacramentales non sunt merae sensationes aut impressiones nostris sensibus a Deo factae.

Probatur 3o species hae vel sunt actuales impressiones vel sunt Christi virtutes has potentes efficere, vel sunt exercitium virtutis Christi; sed non 1um siquidem huiusmodi impressiones actuales non semper fiunt: Neque 2um neque 3um cum istae species sint quid a Christo distinctum, siquidem verbis Tridentini tria distinguentis idest corpus Christi, sanguinem, et species panis et vini, et asserentis Christum contineri sub unaquaque specie et sub singulis cuiusque speciei partibus, contineri autem non est ipsum met continentem, bene vero quid a continente distinctum, ergo species sacramentales non sunt merae sensationes aut impressiones, sed neque substantia tenuis, et aerea in sensu Cartesiano, quod 4o loco proposui, et

Probatur: substantia Cartesiana tenuis, ac aerea eadem sensibus nostris impressiones producens ac imprimens unice subrogatur ad has functiones exercendas quia putat Cartesianus, quod praesentiam panis ac vini accidentium sine subiecto manere sit impossibile, sed ita

5 – senare, ut instaurare eroneum dogma Vicleffi, e Joannis Hus contendentium
substantiam panis, ac vini in Eucharistia remanere, quia impossibile putabant
accidentia sine subiecto posse consistere, unde aiebat Joannes Hus: Fuerit istis
dementiis, quam fingunt accidens sine subiecto, foret blasfemare Deum,
scandalizare sanctos, et illudere Ecclesiae; quod ervsus subrogat substantiam Cartesiano
tenuis, ac aereae et ex falso fundamento subrogat.

6 Dicis citati Heretici in eo tantum damnati fuere, quod asseverent substantiam panis, ac vini reve-
– manere, quod asserentes sacramentales species esse substantias Cartesianas tenues,
et aereas minime fovent heresim Viclefi, et Joannis Hus.

7 Sed contra, nam dictum Concilium Constantiense non dumtaxat istam in probationes positionem
8 damnavit, sed etiam istam Viclefi, quae est fundamentum 2.m, nempe: Non manet
in Eucharistia accidens sine subiecto: et hanc aliam, quae est 2.a inter Articulos
Joannis Hus, et Bergontio modernis hereticis, quod non possumus declarare, nec intelligere
accidens sine subiecto: Ergo Cartesianus asserens subrogans aereas substantias
tenues, ac aereas, ex eo quod impossibile credit accidens in Eucharistia consistere
posse sine subiecto, fovet heresim Viclefi, et Joannis Hus, et de facto species sacra-
mentales asserit vere Cartesianas substantias, quod neque dici possunt panis superf-
icies, sub qua panis substantia conversa in Christi corpus desinit esse Christi corpus,
cum in sensibus nostris ingerit affectiones gustus, vini, odoratus, quas panis substantia
imprimebat, quae quinto loco proposui, et

Probatur: ita loqui est contra fidem sentire ex ipso met Cartesiano principio, ergo: Probatur antecedens
pars: si Christi Domini corpus sub speciebus panis, et vini demissum supplet utriusque sub-
stantiae vices, easdemque sensibus nostris affectiones imprimendo, quemadmodum per impressionem
illarum affectionum substantia panis et vini dicebatur visibilis, sapida, et odorifera, ita et
Christi corpus in Eucharistia dicendum esset sensibus nostris visibile, sapidum, et odoriferum:
et qui hoc est a fide alienum, siquidem Christi Domini corpus in Eucharistia nec visibile,
nec sapidum, nec odoriferum dici, nec credi potest, ergo: Probatur nunc 2.a antecedentis pars: illa
panis eucharistici superficies, aut est substantia, aut aliud quid, aut nihil; sed non est
quia obstat fides declarans ibi nullam adesse substantiam praeter Christi corpus,
nec 2.um, quia accidens per Cartesianos nequit dumtaxat consistere posse sine subiecto
ergo erit nihil, sed nihil frustra est quamvis alibi, quaestione in hac ostenditur, ergo

species illæ sacramentales in Eucharistia manentes non sunt aeriæ [illegible] superficies, sed neq. corpuscula quædam, seu effluvia panis, ac vini, quæ post consecrationem [illegible] solent, spectantia ad exteriorem apparentiam, immo ipsam exteriorem apparentiam ad speciem panis et vini constituentia, quod 6.° impugnandum indicavi; et

b. Probatur. Hi docentes de consequenti docent etiam in eucharistia remanere substantiam panis, quod est in fide erroneum, ergo. Probatur antecedens: per Athomistas et Elementaristas supradictos sentientes substantiam panis nihil aliud esse quam corpuscula congregata, quæ ad sensum immissa suam efficiunt sensationem; sed ex dictis istorum in Eucharistia manent corpus-cula quæ ad sensus immissa efficiunt panis sensationem, ergo ex concludendis remanet substa-ntia panis.

Dices præter athomos, quibus panis constat, dari [illegible] quæ ad sensus immissæ panis sensationem efficiunt, ergo nihil ex hoc contra veram rationem.

c Sed contra: Hi athomi vel sunt requisiti ad constitutionem panis vel non: si 1.um ergo peracta conversione remanet aliqua substantia, seu pars aliqua substantiæ panis, quod est falsum in fide; si 2.um ergo species sacra-mentales non sunt species panis, ac vini consecrati; sed hoc pariter est in fide falsum ex Tridentino docente sacramentales species esse species panis et vini consecrati illis verbis: Manentibus duntaxat speciebus panis, ac vini. Ergo quidquid dicant Athomistæ semper Tridentino contradicent.

Instabis non est in fide falsum asserere species sacramentales non esse species panis ac vini consecrati, et exinde Tridentinum non docet quod in Eucharistia maneant eædem numero species, siquidem non dicit remanere species, sed manere, quoniam dicit tantum esse in Eucharistia species panis, et vini, sed non easdem numero et tantum illas species remanere communi-ter a vulgo nuncupatas unice per ora hominum volitare, quia species accidentes sunt similes existentibus ante consecrationem ergo [illegible] assertum: Probatur, seu ratione insinuatur antecedens: species panis, et vini ante consecrationem erant identificatæ cum substantia panis, et vini, ergo illæ remanere non possunt, dum cum Christi substantia identificari [illegible]; ex alia parte aliquæ species in Eucharistia reperiuntur, ergo innuit quod species Eucharistiæ non sunt species panis et vini, sed aliæ, siquidem ex hoc argumento nullo plane fundamento [illegible] asserendi dari reales species seu accidentia peripatetica a substantia adequate distincta, quemadmodum [illegible] peripatetici.

c Sed contra: Imo. assumptum eiusque probationem: Tridentinus enim ea accidentia remanere docet in Eucharistia quorum existentiam negabat Wiclefus, sed Wiclefus negabat possibile esse, quod eadem numero accidentia panis ac vini manerent, et in eius superius allata propositione damnatur, absque substantia panis et vini: Nam de productione similium accidentium sine Wiclefo quidem difficultas [illegible] esse poterat, cum impossibile non nisi imprudentissime dici posset, Deum creare accidentia similia præexistentibus cor-poris; ergo Tridentinum docet eadem numero accidentia remanere in Eucharistia. [illegible]

manere species panis et vini non esse easdem numero, sed similes, dum Vicleffus asserebat impossibile
esse accidentia panis et vini manere sine substantia, Ecclesia abundantius et ad vel occurrit
si benigne advertit, quod iam steterat conveniens Vicleffo definiendo de facto impossibile esse eadem
numero accidentia panis, et vini remanere sine substantia, sed non impossibile similes species a Deo
produci, at quia Ecclesia non ita se gessit in Conciliis, igitur evidens est Ecclesiam in Concilio eadem numero acci-
dentia remanere sensisse. Confirmatur: Tridentinum in Canone [illegible] improprie non est locutum, sed
si non eaedem numero species panis et vini in Eucharistia manerent, improprie esset locutum, quod [illegible]
[illegible] difficultatibus [illegible], igitur [illegible] parvitate: Quamvis verbum divinum suppleat
pro subsistentia creata Bernardi naturae assumptae, [illegible] improprie et falso diceretur
in natura assumpta manere subsistentiam creatam, [illegible] improprie diceret ma-
nere species panis et vini ex eo quod Deus suppleat pro illis similes producendo. Quod vero Tri-
dentinum usum sit termino manere et non remanere, quid [illegible] ex hoc? Nonne verba syn-
onima sunt, et idem exprimunt hae duae propositiones: Ego domo discessi et mansit Pater;
Ego domo discessi et remansit Pater. Et hae aliae duae: corrupta forma manet materia; cor-
rupta forma remanet materia. Confirmatur: Adversarii probationes [illegible] illorum
[illegible] admitto, si falsum docet Tridentinum, sed Tridentinum asserendo species panis, et
vini non esse identicas cum earum substantiis falsum docet; [illegible] asserit distinctas species
panis et vini manere destructa panis et vini substantia, quod falsum docent Adversarii
asserendo esse identicas; quod velint nolint Adversarii species panis [illegible] quia
substantiae realiter distinctae [illegible] sunt illae eaedem numero ex aliis, [illegible] eaedem numero
species panis et vini a substantia realiter distinctae in Eucharistia manerent [illegible]
nihil, [illegible] siquidem nihil partes non habet, [illegible] species habent, [illegible] Tridentinum docente
sub unaquaque specie et sub singulis cuiusque speciei partibus totum Christum contineri, [illegible]
sub nihilo nihil continetur; quod vero sunt aliquae [illegible] substantiale eadem Tridentino docente, [illegible]
accidentia [illegible] accidentia a [illegible] [illegible]:

Objicies 2.º eo modo Christus est in Eucharistia sub speciebus panis et vini, quo se videndum obtulit
Magdalenae sub specie hortulani, discipulis euntibus Emmaus sub specie peregrini, et quo modo
Spiritus S. in Jordane apparuit sub specie columbae, in Cenaculo sub specie ignis; [illegible]
illo ipsissimo modo quo se videndum praebuit Jesus in Eucharistia [illegible] dilectis [illegible]
[illegible] sub specie [illegible], sed ipse in casibus nec Christus, nec Spiritus S. sub aliis
esse reali a propria substantia distincto apparuerunt, ita [illegible] sub nova specie
[illegible] fidelibus, [illegible] maxime ex eo [illegible] quod [illegible] ex aliquibus [illegible]
ex adstantibus videlicet [illegible]

5.° De ceteris speciebus sub quibus Christus, vel Spiritus Sanctus se uidendum praebuit merito unicuique licere pie ac prudenter abundare in sensu suo, siquidem nil certi de his cumque modo habemus, tantum enim Deus per Ecclesiam locutus est, ast si sermo fiat de speciebus panis, et vini in Eucharistia haec quatuor a viro Catolico tanquam certo sunt tenenda: Nempe 1.° quod Eucharistiae sacramentum habeat signum sensibile: 2.° quod sit uere cibus, et potus: 3.° quod in ea fiat uera transubstantiatio: 4.° quod species Eucharistiae constent partibus, at qui negato quolibet accidente reali, et admisso quod consistant in sola apparentia tenentes oculos fidelium, sacramentum eucharistiae non esset signum sensibile, siquidem sensibile non esset per Christi corpus, cum hoc in Eucharistia sit ad modum spiritus, neque sensibile esset per has species, quia istae falsa imaginatione sensus deludunt, nec esset uere cibus et potus, illud enim quod est uere cibus, et potus non exhibetur simpliciter in, et per phantasiam: Nec inueniretur uera transubstantiatio, nam ad ueram transubstantiationem requiritur quod detur aliquod utrique termino commune sub quo fiat conuersio: Nec demum species eucharistiae haberent partes, quod enim nihil quid reale non est, non habet partes, praesertim realiter separabiles, quales sunt hae specierum Eucharisticarum teste experientia, ergo ut tanquam certa teneamus, quae ista requirunt certissime sunt dicendae species Eucharisticae esse quid reale omnino distinctum a substantia corporis, et sanguinis Christi.

Obijcies 1.° nihil rei est in Eucharistia quod adorandum non sit cultu latriae, sed accidentia per ipsa talia adoranda non sunt cultu latriae, ergo haec non sunt in Eucharistia.

R.° con. ma. neg. mi.: duplex est quaelibet adorationis genus, absolutum nempe, et respectiuum, 1.um competit Deo ratione propriae excellentiae, 2.um immaginibus, ac signis Deum repraesentantibus, hinc in Eucharistia accidentia per ipsa talia quamuis non cultu latriae absoluto soli Christo debito adorentur, adorabilia tamen sunt cultu latriae respectiuo uti talia adorabiles sunt immo adorantur Cruces, et immagines Christi Domini.

Obijcies 2.° idem est dicere: Hoc est corpus meum, ac dicere: Hoc sensibile est corpus meum, sed uel falsa est forma consecrationis, uel Christi corpus est illud quod immediate percellit sensus, ergo. Probatur ma. pronomen hoc ex natura sua est demonstratiuum, sed quod demonstratur non potest esse nisi sensibile, ergo indicatum per pronomen hoc est sensibile, sed indicatum per pronomen hoc est corpus Christi, ergo idem est dicere, hoc est corpus meum, ac hoc quod est sensibile est corpus meum; si autem res ita se habet uel Christi corpus est illud quod immediate percellit

nostros sensus vel falsa est formula consecrationis, siquidem pronomen hoc demonst-
-rarent accidentia, formula consecrationis hunc faceret sensum: Hoc accidentium
aggregatum est corpus Christi; sed si hunc faceret sensum formula consecrationis
esset falsa, nam panis accidentia non sunt Christi corpus, ergo hunc alium sensum
facit: Hoc sensibile est corpus Christi; nunc porro quod non per somnia tua acciden-
-tia propter Eucharistiam est invisibilis quatenus visibile signum, sed per ipsum
nec Christi corpus, quod organa sensuum immutando sensus immediate et per se
percellit.

R. n. ans ad probationem et maj. dist. min. quod demonstratur non potest esse nisi sensibile, sed tale
ut per se, vel in aliquo alio concedo minorem, et tale debet esse per se ex necessitate n. minorem, et
Christi corpus indicatum pronomine hoc est sensibile in aliquo et conseq., per id in hoc
casu non conseq. et dist. pariter; in minimo subsumptum mediate indicatum est corpus
Christi et minimo immediate n. minimo subsumptum et conseq., eodemque modo ad relegem
respondeo: verba consecrationis hoc est corpus meum non propositum sensum faciunt
sed sequentem scilicet: Haec res, haec substantia sub hisce accidentibus contenta seu cont-
-entus sub hisce accidentibus est corpus Christi, seu conversatum hoc (siquidem Euchar-
-istiae sacramentum hoc merito nomine appellari potest: Christus enim in hoc sacr-
-amento se habet ut materia per comparationem ad species sacramentales et species ut forma
in quantum habent quod sacramentum sit signum sensibile) est corpus Christi. Et sicut
ante consecrationem licet panis sit sensibilis, et demonstrabilis solum per accidentia vera
erat haec propositio: Haec est panis quam neque sensus hunc faciebat: Haec res haec sub-
-stantia sub hisce accidentibus contenta est panis, cum post consecrationem transubst-
-antiatio panis in corpus Christi vera non erit propositio hoc est corpus meum, seu Christi
corpus in locum substantiae panis succedat, unde nec falsa formula consecrationis quia
pronomen non pro accidentibus supponit, sed pro substantia, nec Christi corpus est illud, quod
sensus nostros mediate percellit, etenim non nisi sensibile sensus afficere potest; Christi
autem corpus cum non per modum corporis, sed spiritus in Eucharistia existat sensibile
haudquaquam est, unde nec sensus afficere valet.

Objicies 4. quod numero accidentibus post consecrationem manentibus nulla contingere potest
sensuum deceptio, sed haec in Eucharistia contingit inventa Angelico Doctore illis verbis
visus, tactus, gustus in te fallitur; sed auditu tuto creditur. ergo accidentia panis non manent,
sed Christus est qui sensibus impressiones immittit

R. n. nisi: quippe si ex sensibus iudicandum esset illud panem esse crederemus non Christi corpus.

Obijcies 5.° data existentia harum specierum frusto sacramento, ex istis frangerentur. sed fracto sacramento nulla rei fit scissura, ecclesia docente, q.[illegible] species sint integrae [illegible] distincte.

R. c.a mai. distinguo min. nulla rei substantialis fit scissura c.° min. nulla rei accidentalis n.° min. et cons.[illegible] Ecclesia enim docet ad istas fractiones Christi corpus n.° frangi, cum totus in qualibet parte perseveret, non n.° negat species frangi, immo hoc gerit et docet sequentibus verbis: nisi [illegible] spiritus [illegible] frangere.

Obijcies 6.° docente D. Ambrosio in [illegible] in Eucharistia praeter Christi corpus et sanguinem, eiusque divinitatem: hec verba S. Patris: Licet figura panis, et vini hic sit, omnino tamen post consecrationem nihil aliud credenda sunt, quam caro et sanguis Christi, [illegible] asserunt sua accidentia.

R. Dist. ant. docente nil substantiale adesse praeter [illegible] c.° nil accidentale n.° ant. [illegible] Doctor unice intelligit, nil oppositum [illegible] poterit verus Christi discipulus.

Obijcies 7.° nulli ex Patribus ac doctoribus species sacramentales nomine accidentium vocaverunt. [illegible] enim Graeci inspiciant [illegible] sub nomine typi [illegible] Latini [illegible] sub nomine immaginis, formae, figurae, simboleiorum, similitudinis, signi, apparentiae, coloris, [illegible], qualitatum [illegible] nunquam accidentis, [illegible] ad quid [illegible]

R. [illegible] de nomine sed utrisque fide [illegible] aliquid perseveret in Eucharistia post consecrationem [illegible] antea quocumque [illegible] nomine [illegible]

Dico Patres abstinuisse ab hoc nomine accidentium [illegible] nomen accidentis praesefert actualiter actualem inherentiam, quae cum Eucharisticis speciebus [illegible] convenit merito illis [illegible] temporibus [illegible] fuit. R.° 2.° ant. Utuntur enim hoc nomine [illegible] Concilium Constantiense sessione 45.a in damnatione Wiclefi [illegible] et Coloniense [illegible] 7.° c. [illegible] sub his verbis, quod enim panis vinique species aliud sunt post consecrationem quam species sacramentales et accidentia sine subiecto. 3.° [illegible] hoc nomen accidentium: [illegible] catechismus Romanus, et D. Thomas opusculo quinquagesimo 7.°, quod legendum ab Ecclesia fidelibus [illegible] in Lectione [illegible] die festo SS. Corporis Domini; cuius verba [illegible]

Accidentia vero sine subiecto in eodem subsistant ut fides docet habeant: Miror tamen hanc mihi obiectionem fieri a quibusdam, qui sacramentales esse aut mirum substantiae modum aut puros verbalium ex impressiones, aut substantias aereas aut parvas superficies aut corpusculae, seu effluvia, quae nomina nullibi inveniuntur in libris Patribus usurpata.

Obiicies ultimo dato quod bene incurrimus extra viam communi cuivis: namque veritates naturales non fidei dogmatibus, sed Philosophiae principiis sunt examinandae, ac comprobandae. Ergo.

R. nego ans. monendo Adversarios meos, ut legant, quod fortasse nondum audierunt acta Concilii Lateranensis 5.i incepti anno 1512 sub Iulio 2.o, quo mortuo sequenti anno 1513.o continuati, et absoluti anno 1517 sub Leone X.o immediato Iulii 2.i successore, ibique sessione 8.a invenient etiam circa philosophiae principia ita veras esse accidentia esse realiter a subiecto distincta et hoc quia verum est R.ne fidei Concilio docente est etiam verum R.ne rationis, verum enim vero minime contradicat, ergo non est ut quid in via incurri

Sic autem quaeres utrum accidentia absoluta perspatetica quae auctoritate probavimus, etiam ratione naturali possint ostendi

R. quam plurimos adesse Philosophos, qui et olim existentia comprobant 1.o ex variis actibus animae ut sunt intelligere et velle: 2.o ex accidentibus spiritualibus qualia sunt spiritus s. charismata: 3.o ex motu corporis: 4.o ex ubicatione, quam distinctam a corpore mobili ostendunt, immo et aliis insignibus argumentis quae longior esse nolens libens omitto, cum iam intentum obtinuerim ex fidei principiis unde etc.

Art. 3.us

Quam actionem habeant formae perspateticae tam substantiales quam accidentales

Fuit densissima caligo, qua undique pene circumfundit, ... vehementer exuberanter positione animas revelatum et exemplo muniri ... reddens. Quod cum iure expectat ex hoc libro vestri laborent, qui ne nacti ad me redeat, cum in decursu occurrentibus tenebris obruamur cur animo est ... asserere formas actione eductivam habere in duas sectiones in 1.a quaerens quid sit eductio ex potentia, in altera vero demonstrando formas eductivam actionem habeant. Art. dividio, ideoque sit

Sectio 6.a
Quid sit eductio

Eductio iuxta Anaxagoram est formarum secundum se totas in visceribus materiae latitantium emersio ab agentibus naturalibus operata sine dei importatione nullibi praesupposita, quod est formae praeexistentis in visceribus materiae alteratio formaliter [illegible] ab agentibus naturalibus operata, qua latitantes formae trahuntur in materiae superficie. Haec Anaxagorae sententia [illegible] a paucis ex eius discipulis [illegible] videtur ab ipso [illegible] fuit moderata: eductio est formarum in materiae visceribus secundum rationes seminales et inchoativas latitantium ab naturalibus agentibus reductio ad ultimam earum perfectionem. Sed licet minus mihi displiceant discipuli quam magister.

Adverti 1.o

Nec discipuli nec Magister bene in hac quaestione sunt locuti.

Probatur 1.a: plures formae et omnes in eadem materia contradictionem naturaliter implicant secundum se. Quae secundum se totas, vel secundum se totas taliter naturaliter contradictionem implicant, ut nullo pacto in eadem materia subsistere possint, quae talem contradictionem implicant [illegible] ut omnes est unicum erit determinabile unicum [illegible] determinatum nec fieri potest aliquid esse posse aurum simul et stuppam, ignem et aquam, carnem et lignum, quod necessario esset admittendum, si possibilitate duarum formarum in eadem materia secundum se totas [illegible] sustinerent. Praeterea eiusdem sunt naturae ac totales extremitates [illegible] dicuntur essentiales, quae dicuntur reducta ad esse perfectum, quia vi duae formae in eadem materia contradictionem naturaliter implicant secundum se totas, contradictionem [illegible] etiam secundum suas plures rationes seminales seminum; etenim [illegible] sunt quae rebus quae aliter [illegible] immiscuntur et trahuntur.

Probatur 2.o materia 1.a ex stabilitis praecedenti quaestione 2.a art. 1.o asserimus 1.a esse pura potentia physica, si vi formae in materiae visceribus latitarent etiam solum secundum rationes seminales et inchoativas, non esset talis, quod probatur: nam licet in data positione includeret nullam actum physicum secundum se totum et esse perfectum, includeret tamen actus plures seminales, plures rationes inchoatas determinantes, et quod est inchoate determinatum, non est amplius pura potentia, siquidem sit perfecte determinatum, esse est tamen tale imperfecte, quia si formae in materiae visceribus latitarent etiam solum secundum rationes seminales et inchoativas, non esset amplius pura potentia.

Dices contra ultimam probationem: data quod formae in materiae visceribus praeexisterent solum secundum

esse possibile, et n. actuale, existentiam: ...tur absurdum, ... hoc dici potest et ...
si n. Anaxagorae saltem eius discipulorum sententiam, quod ... dicendum.

Pro contra distinguo maiorem, si pro esse possibili formarum in materiae visceribus intelligatur mera materiae capacitas ad formas recipiendas et sustentandas, concedo maiorem; si pro esse possibili formarum in materiae visceribus intelligatur quaedam formarum semina, nego maiorem, et distinguo minorem; sed hic ... dici potest, idest mera materiae capacitas ad formas recipiendas, et receptas sustentandas, concedo minorem, at locutio esset impropria, et Anaxagorae discipulorum sententia corrueret; si hoc intelligi potest idest semina aliquarum formarum, nego, propter adductas rationes ... Praeterea unde se teneret hoc esse possibile formarum non ex parte materiae ... quidem materia capacitatem quidem dicit ad omnem actum phisicum, sed ut potentia ... potentia nil nisi se ipsam includit, quod si quid aliud includit, unice dici potest includere in potentia, quia apta est includere: ... formarum ... esse possibile formarum esse merum eorundem esse obiectivum, quod ad quid ... labor consumitur.

Obiicies 1° ex quolibet non fit quodlibet, sed ex determinato determinatum, at quia materia de se est ad formas indeterminata, ergo ad formae generationem et inchoationem debet determinari per aliquid, sed hoc aliquid esse nequit nisi formarum inchoatio, seu semina, ergo formae ... inchoatae seu seminales praexistunt in materia.

R. dato sillogismo nego subsumptum minoris: determinatio materiae ad hanc vel illam formam ... agente per proprias ad talem formam dispositiones non a seminalibus rationibus, quas impliciare ostendimus.

Obiicies 2° nihil ex alio educitur, nisi in illo sit pars rei educendae, ergo: ... Aristotelis docentis in rerum ... parte ... rei faciendae ...

R. ... ad probationem dico Aristotelem sic docentem pro parte rei faciendae intelligere ... correspondentes qualitates causarum, quae nil ...

Assertio 2.ª

Eductio est productio rei ita dependentis a subiecto, ut ... modo influat in eius productionem per modum causae materialis, sed etiam taliter influat in eius conservationem: quod ... probatur ... educ... tria importare ex parte materiae, et tria etiam ex parte formae: ... enim formae ... ex parte materiae importat 1° ut materia valeat in aliquo instanti prioris naturae existat ad formae eductionem: 2° ut ... recipiat formam, quae dicitur educi; 3° ut ... eandem

formę conservationem, nisi minus ac in eius positione, concurrat in genere causę materialis.
Ex quo 1.º formę importat 1.º ut de se incapax sit ad esse, 2.º ut ibi in materia produ-
-catur, ut per ipsam transeat de potentia ad actum existentię: 3.º ut in ipsa materia
subiectetur, et sustentetur, seu conservetur. Quas propter rationes omnes tribus modis for-
-ma merito dicitur fieri materialis, uniatur, ac nisi minus in conservari, quatenus esse a materia
tanquam propria materiali causa pendeant.
Probatur: educi de potentia materię formas est materiam vere, ac defacto esse peculiarem causam formar-
-um in fieri earundem, ac conservari: ergo eductio est formarum productio, et dependentia a subiecto,
ut is modo influat in earum productionem per modum causę materialis, sed etiam in conservat-
-ionem. Sed cum de hoc nullum sit dubium, explicato modo, quo materia in formę productionem
influit, ea nunc eius expositionem aggredior. Influxus igitur quem prestat materia ad formarum
productionem non est influxus activus, aliter materialis causa cum efficienti confunderetur; restat
igitur, quod sit influxus passivus, qui in eo consistit, quod materia, cum necessario sit priori-
-tate naturę ad formas, et presupponenda existens, exhibeat sinum suum formę, sinum exhibendo
recipiat, recipiendo faciat illam de se incapacem ad existendum transire de potentia ad actum
existentię, eandem transire faciendo de potentia ad actum existentię, sustentet, sustentando
conservet. Vel quod materia formas de se impotentes subsistere tanquam subiectum proprium
recipiat, recipiendo det, ac conservet ipsis. Brevius quod materia se habeat per modum causę materialis
ad formas, ex quo habes 1.º ad eductionem duas concurrere causas efficientem, nempe quę formam educat,
et materialem, seu subiectum, in quo educitur. forma enim est id, quod educitur, et compositum dicitur res
producta, seu terminus totalis, sive ut quod [illegible] talis actionis: 2.º eandem actionem, quę generalis genera-
tur fundare respectum, seu tres sortiri appellationes: [illegible] terminat ad formam ut productam ex materia,
dicitur eductiva, ut terminat ad formam ut recipitur in materia, et illi unitur, dicitur productiva, et
ut respicit totum quod ex illa materia et forma sic unitis resultat, et generatur, dicitur productiva.
Competit tamen hic omni generationi, cui cum rationali anima inter materia producitur, deberet
2.º denominatio, et loco vocandi eam eductivam, quo ad formam creativa appellabitur.
Obiicies de ratione verę causę materialis esse, quod sit causa intrinseca, et insit in suo causato tanquam pars
intrinseca, ergo si materia haberet rationem verę causę materialis erga formas deberet esse causa
intrinseca, sed materia relate ad formas, ut ex expositis, non habet rationem causę intrinsecę, ergo non
habet rationem verę causę materialis, ergo non est assignabile quomodo fiat, per eductionem.

Ans. constat 2.º auctoritate Philosophi 2.º physicorum: materia quia est vera materialis causa compositi illi inhaeret per modum causae intrinsecae ultimae contingenter; ideo formae fiunt per generationem, quia materia habet veram rationem causae materialis. 3.º semel posito quod materia non habeat veram rationem causae materialis non videtur assignabile quomodo formae fiant per generationem.

R.: dist. ant. de ratione verae causae materialis compositi est, C. i.º ant. de ratione verae causae materialis alterius a composito, N.º ant. et conseq.: duplex est causae materialis genus, aliud nempe causae materialis intrinsecae, aliud extrinsecae; 1.um causae materialis genus importat causalitatem intrinsecam et hanc exercet a materia erga compositum quoniam est pars intrinseca, et essentialis, et hoc genus causae materialis est illud quod a Philosopho definitur et cui praecipua, ac propria ratio materialiter causandi competit, atque ideo bene dictum fuit a Philosopho de causis materialibus intrinsecis id, in quo est inexistente fit: 2.us importat causalitatem tantum extrinsecam, et hanc exercet a materia erga formas et quidem vere exercet, estque vera causalitas, nam licet materia non sit pars intrinseca formarum, talis tamen est, ut vero physico concursu concurrat ad earum productionem et conservationem, cum per sui ipsius exhibitionem det formis esse et conservari, quod nunquam obtineret nisi ipsa illas in earum fieri, et conservari passive sustentando concurreret, et hic assignatur modus, quo formae fiunt per generationem licet materia in ordine ad illas non fungatur munere causae materialis intrinsecae, bene vero tantum extrinsecae.

Dices si materia est causa materialis tantum extrinseca formarum nihil plus de ratione causae habet in ordine ad formas, quam habeant locus, et tempus, et quaelibet alia accidentia; q.º talis male fuit explicata ratio eductionis, vel materia est causa materialis intrinseca formarum, probatur ant. ideo materia est causa materialis formae dato quod talis sit quamvis non sit pars intrinseca formae, quia forma non potest naturaliter existere sine materia, sed forma, neque sine loco, et tempore naturaliter existere potest, ergo etiam locus, et tempus aliaque accidentia, aeque ac materia sunt causa materialis formae dato quod materia sit causa materialis formae quamvis non sit pars intrinseca formae, et qui materia de facto aderit causa materialis quamvis non sit pars intrinseca formae, ergo etiam locus et tempus aliaque accidentia quibus forma indiget ad existendum.

Di. contra n.º ant. ad probationem dist. maj. ideo materia est causa materialis formae, C. praecise

quia formam potest existere sine materia non vero quia illa exigit existentiam necessario materiae ad formam, materia etiam intrinsece complet formam cum materia, et ita materia non consequenter. Ad videndum substantias aliquas multa quidem requirunt, sed non omnia eodem modo: Aliqua enim requirunt ut conditiones, et haec ea sunt a quibus substantia intrinsece non dependet, sed quae ab ipsa immediate respiciuntur, licet sine illis esse naturaliter non possit, et huiusmodi sunt locus, tempus, et similia, alia ut proprietates ab ipsa connaturaliter exigit, et sine quibus operari minime potest, ideoque naturaliter existere, et huius generis sunt accidentia; Alia requirunt ut causas dantes esse per actionem influxum, et huius modi sunt causae efficientes: Alia demum requirunt ut complementum intrinsecum efficiens substantiam dando illi esse, et conservari per modum subiecti non dantis esse, sed ipsum sustentantis, ubi est in nostro casu materia, hinc satis patet disparitas inter materiam quae fungitur materiali ad formam, et illa quae praestant locus, tempus et accidentia, per consequens eadem est ratio.

Urgebis 2° materia et forma sicut sunt ex parte eductae ex forma, et probatur: vel dicitur quod materia sit ens per se subsistens, vel hoc tribuitur etiam formae, vel non, si 1um quo minus educitur forma ex materia quam materia ex forma, si 2um quod negatur formae quod tribuitur materiae, quod quaeritur, quia non nisi falsum esse potest, cum forma sit perfectior materia.

Sed contra non consequentia ad probationem dico materiam formam sustentare per modum subiecti praesuppositi sine formis exhibentibus, quapropter cum sola materia habeat prioritatem naturae ad formam a causa materiali exigentem ipsi competit formam sustentare, ideo nec consequentia ex hoc sequitur materiam fore perfectiorem forma, sed potius contrarium, cum sustentare per modum subiecti perfectionem imperfectionem: Verum cum in his non parum explanatum sit ad alterius partes procedo, ideo

[illegible]

Sectio 2°

An de facto formae educantur verum eductione a materia

Alium iam nos innuimus quare propter nec plene brevis sufficiat satisfactione opprimamus. Adversarij placate vobis illas incontinenter audire

formae peripateticae, inquiunt, non educuntur de potentia materiae, sed etiam, et 2° nonnumquam pars extendi formae peripateticae educuntur de potentia materiae quemadmodum docuisti, et nihilominus translato in constitutionem formae quod de facto non educitur, probatur. contra ubi aliquis dicat, eductam

importat, 1º ut praeexistat aliquod subiectum, 2º ut ex subiecto praeexistente constet, sed
vi formae peripateticae ita de subiecto educitur ut nihil materiae transeat in constitutionem
formae, quamvis formae peripateticae praerequirat aliquod subiectum, ex isto tamen non cons-
-tat, ergo vi formae peripateticae ita educitur de potentia materiae ut nihil materiae transeat
in constitutionem formae, forma de facto non educitur. Probatur 1ª maioris pars quoniam
1º libenter conceditur: ut aliqua res dicatur educta, debet etiam posse dici corrup-
-tibilis, sed ut dici possit corruptibilis debet ex subiecto constare, ergo ut aliqua res
dicatur educta debet ex subiecto constare. Probatur minor res illa dicitur corruptibilis
quae dum destruitur ita destruitur ut eius subiectum remaneat, sed quae non constat ex
subiecto nequit ita destrui ut eius subiectum remaneat, ergo quae non constat ex subiecto
dici nequit corruptibilis, sed forma peripatetica de facto est corruptibilis, ergo vel constat
ex subiecto et sic non erit 1us principium, vel si ex subiecto non constat neque est corrup-
-tibilis neque educta. Probatur nunc 2a assumpti pars. Forma ita educitur ex materia
ut antequam educatur non praeexistat in materia, ergo dum educitur vere creatur. Probatur
consequentia: illa est creatio, quae est effectio rei ex nihilo sui et subiecti, sed forma
ita educitur de potentia materiae ut antea non praeextiterit, illa eductio est effectio formae
ex nihilo sui, si vero etiam nihil materiae transit in constitutionem formae est effectio
etiam ex nihilo subiecti, ergo si modo dicto educitur vere creatur. Neque id dicunt Peripa-
-tetici suas formas vere educi et non creari, siquidem ad eas formas praesupponitur
et quidem necessario materia: etenim si hoc dicatur, etiam anima rationalis erit
educta vel si anima rationalis educta dici minime potest, neque ceterae formae dicendae
sunt eductae, et ostenditur: materia non minus praesupponitur ad animam rationalem, quam
ad formas pure materiales, sed quia ad formas pure materiales praesupponitur materia, istae
dicuntur eductae non creatae, ergo quia materia praesupponitur etiam ad animam rationa-
lem, quoque dici debet educta non creata, at quia hoc fidei repugnat, ergo mera prae-
-existentia materiae ad formas non tollit quominus non sint creatae. Neque vero ratio habetur
inquietis Peripateticis formas materiales fieri in materia, sicut autem non fieri animam rationalem
etenim supponi potest etiam animam rationalem fieri in corpore, quae suppositio improbabilis
minime est censenda cur non fieri in corpore capacibus organizato per infusionem animae
rationalis, sed hoc etiam dato anima rationalis dicenda est creata, ergo creatae dicendae

sunt etiam formae materiales dato etiam quod in praesupposita materia ponantur, quicunque multi eas negant Peripatetici, si formae materiales non praeexistunt in materia dicendae sunt creatae. Dando aliquando et quidem multum crucisavit turbasque [illegible] quidem eiusdem cum et ipse nunc inter onoratos viros apparere possit, quin timeatur urbanitatem ac comitatem violaturum fore ipsi quoque fiat satis, at in 2.^a ~~[illegible]~~ hoc exigit

[illegible]

Creatio ab eductione in eo differt, quod creatio est productio formae totius ex nihilo subiecti, ita ut subiectum nullo prorsus modo concurrat ad eius productionem quamvis in se productam, aut productio recipiat. Eductio vero est productio formae cum dependentia a subiecto, ita ut in illud producto illud recipiat, verum etiam modo suo influat in eius productionem, existentiam et conservationem. Quid idem est ac dicere actionem creativam ab eductiva differre tum ratione termini producti, tum ratione modi producendi, et merito: terminus enim actionis creativae talis est natura ut sit aliquod quid, et per se debeat esse, et operari etiam independenter a quolibet alio, aut saltem sit tale fundamentum totius compositi, ut ad ipsum nihil plane supponatur. Terminus enim actionis productivae alterius cuiusque non habet proprietates, sed dotes ipsius fieri est fieri alterius subiecti compositi ad quod necessario ordinatur, et quo destructo indispensabiliter, ob ex naturali necessitate cessat ab esse. Loquendo autem de modo producendi creativus non est aliquatenus, sed independens tendit ad ponendum in esse totum effectum sine subiecto, et nihilo alio interveniente, ideoque est modus agendi perfectissimus; at eductivus terminum neque formam non ponit nisi in materia praesupposita, et talis concurrente, atque ut palpabiliter utar pravitate eo proportionali modo, quo situla concurrit ad aquam hauriendam, quae licet non sit id quo aqua hauritur, est tamen id in quo aqua hauritur, et sine quo non hauritur. Hinc merito eductio definitur: effectio rei ex nihilo sui, sed ex aliquo subiecti. Et creatio effectio rei ex nihilo sui et ex nihilo subiecti. Fac autem in loco utriusque vocationis evidentia scias oportere ex nihilo subiecti hunc sensum facere, nimirum in actione creativa nullum omnino intervenire subiectum neque per modum partialis constitutivi rei creatae, neque per modum alicuius praesuppositi sive conditionati sive quolibet alio modo intervenientis ad productionem rei quae creatur. Et quod ex aliquo subiecti positum in definitione eductionis nil aliud importare quam in eductione, seu actione creativa interveniat subiectum per modum alicuius praerequisiti concomitantis se gerentis ad modum causae materialis sustentantis

aeternum eductus, non vero quemadmodum somniavit Maignanistae, qui in re
educta subiectum se habeat tanquam pars, seu partiale constitutivum rei,
quae dicitur educta. Ceterum satis superque etiam hoc non dato creatio ab eductione
differret per hoc quod in una subiectum necessario praerequiratur, et in altera exclu-
datur. Transeo vero ad argumentum secundo.

Nego assumptum et ad probationem eiusque assumpti c. ante n. concedo, ad cuius probationem
c. 2. maioris p. n. 2. quaerendo a Maignanistis quo iure hoc asserant: scilicet
eductio a creatione differat. R. ceterum etiam hoc non dato ut ex iam dicto merito
toto orbe differt, nusquam demonstrant formas peripateticas necnon substantiales pingui-
culas; sed bona pace huius arguendi methodus est circularis vitiosus, immo est ex falso
supposito conari aliquid deducere. Nam quaero displiceat ipsi assertio de existentia for-
marum? Impugnet illarum existentiam et si ad respondendum ingenium inveniat,
palmam obtinebit, et nos ipsi manus dabimus; sed ab eductione seu productione formarum
abstineat oleum namque operamque perdet. Siquidem antiquissimum novimus, et quid sit eductio,
et quid de essentia rei eductae fuerit, quod ex subiecto praeexistente tanquam ex sui parte
constet et quod inexistentiam simpliciter non sit facile credendum dici inexistentiam simpliciter
non eductam ad probandum quod haec conditio sit necessaria in eductione nullo nec levissimo
fundamento innituntur. Ideoque n. maiorem quae loco suis erat probanda. Nam corrupti-
bilitas veram abest, ut sit demonstrata modo, quo vis habent, ut non desint validissima
argumenta comprobantia illas easdem formas quae modo eductae habentur esse ex natura
sua incorruptibiles, et si aliquando illas vis sustinebis inconvenienti adducens in quo ostendas formas
ex natura sua incorruptibiles
quas progredi in futurum sic iudicare nequis ulterius aliquid incorruptibile sit neque
essentiam consule nec modus quo positae fuit earum causas. Et communiter vero ad
ostendendas formas minime ex materia constare, duo haec quae affero, tibi verbo
sufficiant. Forma ut vera forma nempe verum determinationis sed vera
forma non constat ex materia; 2. probo minorem: vera forma est forma determi-
nata sed ea forma, quae est forma determinata non constat ex materia. 2.
terminis ostendo minorem. Forma quae est forma determinata dicit tantum actualitatem
omnemque potentialitatem excludit; sed formae quae dicit tantum actualitatem omnemque
potentialitatem excludit non constat ex materia, siquidem materia potentialitatem
sonat, omnemque actualitatem excludit; 2.

Ad 2.m assumpti p.ti probationis dato ante n.o concesso quod eius probationis data a nimi in sensu in praedicato mentis expositi n.o in eodem praedicato sumi minor. Sed ratio, quia reductio est effectio rei ex nihilo subiecti, tamquam ex sui p.e, quidem et neque creatio, reductio fit ex subiecto tamquam ex proprio constitutivo, ut et tamquam ex praesupposito [illegible] ad operandum n.o est eadem ratio, nam creatio respicit modus agendi perfectius, quamvis ibi concausalitatem excludit non sic eductio modum agendi imperfectum, ut ex in dictis liquido patet. Ad 3.m 2.i additum dico, illa ignis n.o ex eo praesupponit formam ambis dicitur educi de ex materia, quia illa ad illam praesupponitur, sed quia praesupponitur ut subiecto sustentans formam in esse substantiae, ideo praesuppositio materiae ad formas materiales ad formas singulas materialis quae ex se non sunt substantiae completae sed mere sunt principium, quod non nisi per unionem cum materia constituitur in esse curandi quam principii operativi optime facit ut educi dicantur non creari. Ad praesuppositio materiae ad animam rationalem, quae est vera substantia spiritualis, et quidem substantia [illegible] completa, ut ex se sola sit completum principium [illegible] suarum spiritualium operationum, unde se habet per modum mere conditionis, sine qua n.o et quidem n.t ex natura rei etenim anima rationalis deus est perfecte subsistens [illegible] ex mera dispositione bene volentis animam ponere nisi in materia organizata, nec frustra sit hinc patet par ratio, dico quod in uno casu militat ad aliud nihil posse.

Ad 3.m dico nullum esse, quia formis peripateticis asserunt, scimus enim educi animam fieri posse in materia nihilo tamen esse creatas et eductas, etenim ut nusquam sufficit ad eductionem ut non fiat in alio, sed ab alio, ideo formae materiales non creari dicuntur, sed ex materia educi, quia materia ad formas causae materialis munere fungitur.

Vix sufficit: etenim ex dictis cuiusque obiectionis solutio facile colligi potest.

Art. 4.us

Utrum formae materiales peripateticis sint incorruptibiles

Vincendus corruptibilia ut docet D. Thoma [illegible] quaestione in responsione ad 3.am instantiam ad 4.am assertionem probat [illegible] alia sunt talia tum per se tum per accidens, alia solum per accidens et non per se, incorruptibilia alia sunt talia tum per se tum per accidens alia solum per se sed non etiam per accidens, alia solum per accidens sed non per se. Incorruptibilia solum per accidens, sed non per se causant, quia [illegible]

habet principium ad corruptionem tendens, sed ex gratuita Dei dispositione a corrup-
tione praeservantur. et huiusmodi fuisset homo si Adamo non peccante, de qua
incorruptibilitate in praesenti non loquimur. Incorruptibilia autem per se et
per accidens ea sunt, quae neque intrinsecum habent principium ad corruptionem
tendens, neque ab agente extrinseco ut esse desinant possunt, neque ad aliorum
corruptionem ab esse desinunt et huiusmodi sunt Deus et naturaliter loque-
ndo etiam Angeli, et animae rationales. Incorruptibilia tandem per se, sed non
per accidens ea sunt quae nullum habentes intrinsecum principium sive
qualitates tendentes ad corruptionem et exigunt ratione sui perpetuo durare,
sed tamen eorum esse pendeat in conservari a composito ad compositi corrupti-
onem desinunt ab esse et huiusmodi esse contendo omnes formas materiales,
idest

Assero formas materiales peripateticas incorruptibiles sunt per se licet non per accidens.

Probatur 1. illud est per se incorruptibile, cui ratione sui convenit esse, sed formis materialibus
peripateticis ratione sui convenit esse, ergo per se incorruptibiles sunt. Maior est
doctrinae S. Thomae loco superius citato, minor vero licet ab eodem [illegible] probatur.
formae materiales peripateticae sunt veri actus mixti, sed cuilibet actui convenit
esse ratione sui, ergo formis materialibus peripateticis ratione sui convenit esse. Maior
difficultatem non patitur mihi ostenditur. Cuilibet actui ratione sui convenit dare esse
in actu materiae, sed cuilibet, cui ratione sui convenit dare esse alicui ratione sui convenit
esse, ergo cuilibet actui ratione sui convenit esse, atqui S. Thoma docente, quod convenit
alicui ratione sui est ab illo ratione sui inseparabile, ergo esse a quolibet actu est ratione sui
inseparabile, ergo formae materiales peripateticae quia sunt veri actus mixti ratione sui
se habent esse inseparabile, sicque sunt ratione sui incorruptibiles

Probatur 2. omnis corruptio est in et ex materia, ergo quae ex materia non constant, ratione sui sunt
incorruptibilia, sed formae materiales peripateticae non constant ex materia, ergo ratione
sui sunt incorruptibiles. illa subsumpta iam certius fuit in hac quaestione demo-
nstrata, consequentia per se patet. Confirmatur: ubi nulla contrarietas ibi ratione
sui nulla corruptio, sed in [illegible] ex materia non constantibus nulla datur contra-
rietas, ergo nulla corruptio, sed formae materiales peripateticae ex materia non constant

2a 2a.

1a. Assertionis p. pars probo, cum per se pateat experientia quotidiana experientia suadente materiales formas quam frequentissime perire. Huius autem corruptionis et accidentalis ratio est, quia cum formae materiales a materia pendeant tanquam a causa materiali non minus in conservari quam in fieri, ac transeunte de uno esse ad aliud vi agentis naturalis, necesse est ut alia forma pereat, cum simul duae naturaliter esse nequeant.

Obiicies 1o. quod non est generabile non est corruptibile, sed formae peripateticae non sunt generabiles, ergo etiam non corruptibiles.

Resp. dist. maiorem: quod non est generabile, ex necesse neque actus et materia, quod non est generabile, etiam non neque actus materiae, et sic dist. minori non consequentia. Res patet ex dictis.

Obiicies 2o. quod alicui non convenit cum oppositis nec per se, nec per accidens potest illi convenire sed incorruptibilitas per se convenit formis, ergo vel neque non sunt incorruptibiles, vel si non sunt tales sunt, tales sunt etiam per accidens.

Resp. neg. ant. et dist. maj. Consule in dicta. Ergo.

Corolarium 1um

Forma peripatetica non est substantia simplex, illud enim non est substantia simplex quod est mera actus, nil de materia participat, et contrariis non incipit, sed talis est forma peripatetica ut attente legenti superioribus ubique in praesenti quaestione patebit ergo.

Corolarium 2um

Formae peripateticae si excipiatur anima rationalis existere nequeunt naturaliter separatae a materia. Etenim quae naturaliter ab illo pendent in fieri, et in conservatione absque illo naturaliter existere nequeunt ut est communis omnium sidenus, sed formae materiales peripateticae una anima rationali excepta, pendent a materia in fieri, et in conservatione, ut ex dictis nuper constat, ergo formae materiales peripateticae naturaliter existere nequeunt a materia separatae. Dixi naturaliter quia supernaturaliter loquendo oppositum censet, si enim magis pendent formae substantiales a materia quam accidentia a subiecto, hinc autem fide docente in eucharistico sacramento manent sine subiecto, ergo cur non etiam formae substantiales sine materia. Hic autem

Rogabis quod sint substantiae formae quae per novarum formarum adventum recedunt a materia quam informabant si quis me interrogat et de numero mihi remanentiumque qui nullo interposito mora efficiunt ...

perire, et eo modo perire, quo eorum combinationes pereunt, si vero est ex nostris rep-
perire seu cessare ab esse uniri ex defectu causae conservativae quae est Deus: Deus enim
qui nihil frustra operatur suum suspendit concursum conservativum in ordine ad
illas ne quod superfluum et contra ordinarias naturae leges existerent ut sunt formae quae
novis accidentibus aliquibus, quae ut minus ac caetera omnia Deo conservante indigent
concursu subtracto ab esse cessant.

Dices adde potius interitum formarum intrinsecarum adscribendum esse agenti naturali quam Deo quia etenim effectu
divini concursus pereunt formae veteres probatur quia agens naturale est illud per quod novae
formae in materiam introducuntur; sed illud per quod formae novae introducuntur est illud per
quod veteres pereunt, quia agens naturale est illud per quod veteres formae pereunt quia.

Sed contra distinguo ant. adde potius agenti naturali tanquam occasioni concedo ant., tanquam causae nego
ant. et consequentiam ad cuius probationem data maiori distinguo minorem, sed illud per quod est illud
tanquam per quod tanquam per occasionem concedo minorem tanquam per causam nego minorem, et consequentiam
Agens naturale producendo novas formas est quidem occasio per quam cessant consequenter
veteres formae, cum per adventum novae veteres sint omnino superfluae nihilque operari habeant, non positive ab ipso annihilantur; frustra enim [illegible]
divinus causa concursus conservativus nunquam cessabunt ab esse quia est causa cur
pereant, non agens naturale, et haec de 2o verum naturalium principiis licet alia multa
essent habenda exposita, et tempus suppeditet mihi aliquid de principiis de corpore scilicet
dicturo.

Tractatus 2us

De natura Corporis, et eius attributis

Quaestio 1a de natura Corporis

Articulus Unicus

In quo sita sit natura Corporis.

Cum satis nondum perspecta nobis sit natura, seu essentia corporis et probabiliter eiusdem
perfectam cognitionem nunquam ex ingenij nostri habitudine simus perventuri, et potissimum
et candide nostrae philosophiae fateri, mirandum nobis haudquaquam est, si corporis

definitionem in intimam eius naturam ... sed aliam eius methodo per notas quasdam similes proprietates illud ab omni alio sub genere distinguentes definiam, illud corpus vocando cum Joanne Regil in Academia Ausoniensi naturalis Philosophiae pro-fessore doctissimo; quod extensum est solidum et mobile. Dicitur extensum quod libet enim corpus suae determinatae extensionis terminos habet, quos superficies vocamus, quarum una ab opposita distat, quae cum infinitae esse nequeant suas habent extremitates, quas lineas dico, de quarum pariter natura est ut una ab altera aliquo distet, cum vero nec lineae in-finitae esse possint suis clauduntur terminis, quos appello puncta inter quae aliquod intervallum esse oportet: Ex eis distantiis simul iunctis percipitur clara idea extensionis in triplicem dimensionem latitudinem nimirum, longitudinem et profunditatem: Vera distantia inter duas oppositas corporis superficies eius profunditas dicitur: distantia inter duas oppositas super-ficiei lineas latitudo vocatur: distantia tandem inter utramque linearum extremitatem corporis longitudo appellatur; Dicitur solidum ut significetur de natura corporis esse omnibus aliis corporibus undequaque prementibus resistere, et quamdiu aliquem locum occupat omnia alia corpora excludere: Di-citur mobile ad significandum corpori localem motum competere: Statuto vero data corporis definitione restat videndum in quo posita sit ratio corporis, pro quo

Assero in eo positam esse rationem corporis, quod naturaliter necessario exigat extensionem solidam, seu in naturali exigentia extensionis solidae

Probatur: in eo posita est essentia cuiuslibet rei, per quod optime cognoscitur et tanquam per praedicatum pri-marium ab omnibus aliis distinguitur; sed corpus per naturalem exigentiam extensionis solidae optime cognoscitur et tanquam per praedicatum primarium ab omni alio distinguitur: ergo corporis essentia posita est in naturali exigentia extensionis solidae: Probatur 2a minor pars, cum maior sit in dubium revocanda: Sic id corpus optime cognoscitur, quod omnibus, solis corporibus competit, sed naturalis exige-ntia extensionis solidae omnibus et solis corporibus competit, ergo corpus per naturalem exigentiam extensionis solidae optime cognoscitur: Probatur minor quoad 1am partem quodlibet corpus naturaliter exigit habere partes extra partes, sive fluidum sit sive durum sive leve sive grave, quod idem est ac dicere quodlibet corpus naturaliter exigit suas habere superficies quarum una distet ab altera, suas habere extremitates, seu lineas inter se distantes suas habere puncta quibus extremitates claudantur: Pariter corpus quodlibet quibuscunque sit, et cuiusvis qualitatis naturaliter esse, et ubi in quo est exigit excludere-

quodcumque aliud ipsorum non minus prohibeat duorum quorumcumque corporum
contactum gutta aquae vel particula aeris inter duo corpora immo-
bilis manens, quam durissimum ferrum aut adamas, et non minus fluidum
durum, leve, grave excludat, quam durum, fluidum, grave, leve, ergo naturalis
exigentia extensionis solidae omnibus corporibus competit. Probatur minor
quoad 2am partem: reliqua entia non corporea, ut sunt Angeli, et animae
rationales non sunt in natura sua quanta, hinc nec extensione aliud
ens a loco in quo sunt excludunt, unde nec solida, ergo naturalis exig-
entia extensionis solidae solis corporibus competit.

Probatur modo 2a pars minoris: Per illud tanquam per praedicatum primarium disti-
nguitur corpus ab omni non corpore quod et fundat discriminationem corporis
ab omni non corpore, et est 2um illud, unde cetera corporis praedicata emanant,
sed praedicatum extensionis solidae fundat discriminationem corporis ab
omni non corpore ut ostendimus supra, et est id illud, unde cetera corporis
praedicata emanant, quod hoc pacto demonstro. Cetera corporis praedicata sunt
divisibilitas in partes, mensurabilitas, immo et extensio actualis, et actualis so-
liditas, at qui haec omnia emanant a praedicato naturalis exigentiae exten-
sionis solidae tanquam a 1o praedicato, ergo: Probatur minor ratione tamquam a
priori haec illatio ideo corpus est divisibile, est mensurabile et actu extensum,
actu solidum quia naturaliter exigit extensionem solidam, ex ratione ergo
praedicatum naturalis exigentiae extensionis solidae est id, unde cetera corporis
praedicata emanant, non minus ac id, per quod corpus ab omni eo non est, ergo in hoc
praedicato ratio corporis est collocanda.

Obijcies 1o: praecise intellecta soliditate abstrahendo a qualibet extensione intelligitur res corpo-
rea distincta a qualibet non tali, ergo in naturali exigentia solius soliditatis
statuenda est ratio corporis: Probatur antecedens per id sufficienter res corporea dist-
inguitur ab omni non tali quod convenit omni et soli rei corporeae, sed naturalis
exigentia soliditatis convenit omni et soli rei corporeae, ergo.

Respondeo: distinguo antecedens, praecise intellecta soliditate intelligitur res corporea distincta ab omni non
tali per praedicatum primarium radicale discriminis, nego antecedens; per praedicatum 2um

1° et tum, et non consequendum distincte adaptabiliter probationi antecedentis praedicatum soliditatis est praedicatum solum essentialiter discriminativum, dixi ad 2um, quia praedicatum soliditatis est quidem praedicatum discriminativum sed solum supponit in intimo ratione praedicatum naturalis extensionis, a quo etiam hoc emanat, ideo enim res solida est quia habet partes distributas ad extensionem, nam quod tale non est, punctum scilicet, sicque non solidum, sed cum puncto ab eodem loco se mutuo non excludunt imo si duo globi sibi mutuo occurrant in concursu punctis unitis unitur cum puncto alterius et concurrunt, ubi erunt in eodem spatii puncto, ergo non in praecisa soliditate tanquam in praedicato primario statuenda ratio corporis, sed in utroque simul.

16 Dices igitur in sola naturali exigentia extensionis, probatur nam assumptum ratio constitutiva verba explicavi per id, quod ipsi 1° competit, ergo si naturalis exigentia extensionis prior est soliditate in ipsa sola est statuenda ratio corporis.

Sed contra non consequitur, et cuius probationem dicto antecedente prius quod primo competit prioritate specifica et differentiali antecedens solum prioritate generica non antecedens, et sic 1° et non consequitur. Extensio est quidem prior soliditate, prioritate generica, sed a specifica et differentiali, nam convenit etiam spatio, quod extensum quidem est, sed non solidum, unde non in sola naturali exigentia extensionis, sed extensionis simul et soliditatis statuenda est corporis essentia.

Instabis in praedicato specifico et differentiali tantum statuenda est essentia rerum, nisi de facto ratio formalis differentialis hominis non ab animali desumitur sed unice a rationali, ergo si soliditas est praedicatum differentiale corporis in ipsa sola est ponenda [illegible] corporis essentia, ergo quin dicas simpliciter corruit assertio.

17 Sed contra dicto antecedente si praedicatum specificum, et differentiale non emanet a generico, ut non emanat in homine, et antecedens, si emanet ab generico non antecedens, et sic distincta 1° consequentia non 2um; soliditas est etiam supra notavimus emanat ab extensione partium, non sic rationale ab animali, unde cum essentia rerum sint taliter exponendae ut statim sese innotescant, et quidem ut discriminatae, et per praedicatum radicale primarium non dicitur extensio, deo assignanda corporis essentia est addenda, cum haec non sufficiat, utpote quae communis est etiam non corpori, neque sola soliditas, cum haec non sit 2um praedicatum, bene vero utraque coniunctim requiruntur ad hunc conceptum. Rerum ad hoc ut res quae assignatur assignentur facile intelligibiles, et quidem

ut discriminata ab omni alio ut in casu

Objicies 1.° cum Cartesio: Id ea est statuenda corporis essentia quod convenit 1.° semper, omni, et soli corpori, sed trina dimensio convenit 1.° semper, omni, et soli corpori, ergo. Probatur 1.a minoris pars: Videlicet in re corporea apprehendi primo 1.° trinam dimensionem, ergo haec 1.° corpori convenit. Probatur 2.° semper trinam dimensionem, nam quandiu corpus adest, ergo haec semper illi competit. Probatur 3.° trina dimensio tam terrestribus quam coelestibus corporibus convenit, siquidem corpus omne non nisi ut extensum est conceptibile, ergo haec omni corpori convenit. Probatur demum 4.° Nulla substantia spiritualis est extensa, etenim si spiritus dicatur extensus hoc intelligitur non ratione trinae dimensionis sed ratione suae potentiae, nempe quatenus spiritus modo in maiori, modo in minori substantiae corporeae parte diffundit suam agendi virtutem, ergo trina dimensio soli corpori competit.

R.° 1.° nego minorem quo ad omnes eius partes, et ad 1.° partis probationem dico non si apprehensio sit ordinata, apprehensio enim ordinata debet 1.° esse in ordine ad essentiam, et rerum naturam, non in ordine ad actus, et proprietates ut est trina dimensio, quia actus et proprietates suspendibiles sunt, et mutabiles saltem supernaturaliter ut patet in eucharistiae sacramento in quo datur verum Christi corpus absque trina dimensione unde falsitate pernata, et ad probationem 2.° partis, et 3.°, et ad 4.° partis probationem admisso ante cum sua doctrina nego consequentiam: Nam post panis consecrationem remanet extensio panis illa eadem quae prius erat cum tamen substantia panis non remaneat alias non fieret transubstantiatio quod est haeresis Lutheri ergo trina extensio panis sine panis substantia remanet non est essentia corporis panis nisi impossibile dicere velis, quod manet essentia sine re cuius est essentia.

Objicies 3.° ita trina dimensio propria est corporis sicuti tres anguli trianguli sed tres anguli ita sunt proprii trianguli ut sint eius essentia, ergo etiam trina dimensio ita est propria corporis ut sit corporis essentia: Probatur minor sine tribus angulis non fit triangulus, bene vero duae lineae quemadmodum sine trina dimensione non concipitur corpus, ergo tribus R.°

R.o n. male loquendo de corpore phisico, ad cuius probationem data 1.a 3.a antis dist. 2.a quia trina dimensione tum actuali tum aptitudinali non concipitur corpus per spiritus et sine trina dimensione actuali n. 2.a ante 3.a ... Corpus licet non per actualem dimensionem distinguatur a spiritu satis super distinguitur per solam aptitudinalem quam secundum naturam suam spiritus caret, et existens sine trina actuali dimensione concipitur corpus ut distinctum a spiritu, uti de facto sine hac adest in eucharistia corpus Christi, quod tamen in re spiritus non est. Dixi loquendo de corpore phisico, nam si sermo sit de corpore mathematico in quo sola figura attenditur, facile et ego admitto trinam dimensionem esse eius essentiam.

Objicies 4.o D. Augustinus L. de quantitate animae numero 6. inquit: quivis abs te quaero utrum corpusculum putes esse, quod non pro modo suo habeat aliquam longitudinem et latitudinem et altitudinem . . . si hoc demas corporibus quantum mea opinio est, neque sentiri possunt neque omnino corpora esse recte existimari. Et Epistola 187.a: spatia locorum tolle corporibus nusquam erunt et quia nusquam erunt nec erunt: quia sic nullum corpus potest esse quin aliquam habeat longitudinem latitudinem et altitudinem. Si hoc demas corporibus, corpora esse recte existimari nequeunt. Si sublatis locorum spatiis corpora non erunt, profecto per D. Augustinum corporum essentia in trina dimensione actuali est statuenda.

R. D. Augustinum in 1.o et 2.o textu unice docere, corpus quodlibet esse natura sua actualiter extensum, quod nec ego nego, et in 1.o per extensionem carentem ex defectu huius proprietatis naturaliter loquendo non esse iudicanda esse corpora quod et ego ultro admitto, cum res ex proprietatibus sint iudicandae, dummodo tamen aliunde non adsit solidum fundamentum in oppositum ut in sacramento Eucharistiae; et in 2.o textu corpora nullibi esse non posse quod verum est ego credo, at per hoc non docet trinam dimensionem esse corporis essentiam, ut opportune notavit etiam Joannes de Hamel, quo nil commune asserens.

Quaestio 2.a

De Corporum mobilitate

Mirabitur fortasse et de corporis attributis acturum ab eorum mobilitate incipere quae inter attributa 3.um solummodo obtinet locum, sed ni fallor mea haec procedendi methodus admirationem tantum minime debet, siquidem scientiam de motu ad rite philosophandum adeo necessariam esse ut

ne minimum quidem naturae opus absque eo investigari possit, iuxta celebre effatum:
Ignorato motu naturam ignorari necesse est: Arg. vit

Art. 1us

An detur in natura motus.

Motus, de quo sub hic ratione est motus localis, quem nonnulli insignes negare potuerunt, ideoque ne inter hos connumeret, et eius dentur iuxta veritatem locus.

Assero in natura vere dari verum localem motum.

Assertio haec melius meo videri probari nequit, quam locum movendo, hinc ab omni probatione subsisto, solvamus tamen obiecta, quae nobis opponunt Diodorus Cronus, et Zeno, quorum

1us Si, inquit, corpus movetur, vel movetur in loco quo est, vel in loco quo non est, sed utrumque est impossibile, ergo etiam impossibilis est motus localis corporum. Probatur 1a minor pars: si corpus movetur in loco quo est ab illo numquam exhibit, ergo dare motus. Probatur eodem modo 2da minor pars: nihil agit in loco quo non est, ergo nec moveri potest, ergo nullus in natura motus.

R. n. ma, et dico, corpus nec moveri in loco quo est, nec in loco quo non est, sed e loco quo est ad locum in quo non erat.

Sicut locus ad quem corpus movetur erat plenus, sed ad locum plenum corpus moveri non potest, ergo absolute nullum corpus moveri potest, ma est certa, non enim datur in natura vacuum, minor adhuc certior, implicat enim naturaliter duorum corporum in eodem loco permanentia, consequentia tenet.

Sed contra etiam minori dist. minorem ad locum plenum corpus moveri non potest ibi remanente corpore, quod antea aderat c. minorem, per illius corporis recessum n. minorem, et consequentiam. Natura quae in omnibus operibus suis providens semper extitit, plura providit corpora liquida ut sunt aer, et aqua, quae dum corpus solidum aliquod movetur, ipsi spatium quod occupabant cedunt, non tamen recedendo, sed redeundo in illud spatium quod a solido relinquitur, uti contingit dum lapis in discursum aqua plenum iniicitur, tunc enim in spatium illud quod a lapide relinquitur, videlicet succedit aer, et in spatium ab aere relictum intrat aqua, quae ascendit, dum in discum corpus aliquod grave immittitur. Ad hunc quomodo sine vacuo elucubrato [ ] vacuum dicitur minorem sed a possibilitate dantur.

ad invicem, multumque ad motum conferre, pro nunc supponimus.) Et consequenter comparatione fieri posse motus.

3us. si, inquit, daretur motus, equus velocissimus nunquam testudinem quamvis animalium tardissimam posset currendo assequi; ergo motus localis minime datur. Probatur: supponatur enim parte equum a testudine distare verbi gratia mille passus, et ratione equum centies velocius testudine moveri. Hoc posito sic argumentor: dum equus unum percurrit milliare, testudo unam partem centesimam milliarii conficiet; ergo isto modo equus nondum est assecutus testudinem. Rursus dum equus partem illam centesimam milliarii quam adhuc distabat a testudine conficit, testudo interim per milliarii partem decem millesimam repit; ergo nec adhuc equus velocissimus est assecutus testudinem. Pariter dum equus partem hanc milliarii decem millesimam percurrit, testudo per milliarii partem millionesimam progredietur; ergo nec adhuc equus testudinem attingere poterit, atque sic discurrendo progredi licebit in infinitum, nec tamen unquam equus ad testudinem perveniet, sed semper inter ipsos aliqua deerit distantia; ergo ne hoc palpabile absurdum admittamus, dicendum venit nullum de facto dari motum localem.

Rº. nº. ans. ad cuius probationem dico 2º. 2º. et 3º. [illegible] nº. quod illud [illegible] atque sic discurrendo progredi licebit in infinitum, dico eo quod sequitur. Nam milliare una cum milliarii parte centesima, una cum milliarii parte decem millesima, una cum milliarii parte millionesima et sic in infinitum quantitati finitae equipollet, et hoc evidenter suppono ex arithmetica clare demonstrante, quod summa cuiuslibet seriei quantitatum in quavis proportione geometrica in infinitum decrescentium sit equalis quantitati finitae; sed milliarii pars una centesima, una cum parte decem millesima, una cum parte millionesima, una cum parte centum millionesima, et sic in infinitum est series quantitatum in proportione geometrica in infinitum decrescentium; ergo illius summa, cum equalis sit quantitati finitae, a mobili motu cum tali velocitate in tempore finito percurri poterit. Ponamus ergo equum spatio unius horae milliare conficere, ergo et partem milliarii centesimam in parte horae centesima peragrabit, et partem milliarii decem millesimam in parte horae decem millesima percurret, eodemque modo partem milliarii millionesimam in horae parte millionesima, et sic de ceteris. Si ergo hora una cum horae parte centesima, decem millesima, centum millionesima, si, inquiunt, summa huius seriei in infinitum continuatae infinito temporis spatio equipolleret, equus profecto testudinem nunquam assequeretur tempore finito, sed cum

horæ pars centesima decem millesima, centum millionesima sit seriei quantitatum in proportione geometrica decrescentium illius summa erit æqualis quantitati finitæ, idest uni parti nonagesimæ nonæ horæ, ut facile considerantibus patebit et intra illud temporis spatium omnes illæ numero infinitæ temporis particulæ elabentur. Igitur æquus testudinem adæquarit post horam unam, et elapsas infinitas illius numero particulas, quæ in citata serie continentur; nimirum post horam unam, et horæ partem nonagesimam nonam ad testudinem perveniet. Et ecce dilucide solutum argumentum illud, quod æque ac Gordianus nodus insolubile iactatur a Zeno-nistis.

Articulus 2.us

§ An motus localis rite definiatur cum Cartesio

Cartesius 2.a p.e principiorum numero 25° motum localem definiens: translationem unius partis materiæ, seu unius corporis ex vicinia eorum corporum quæ illud imme-diate contingunt, et tanquam quiescentia spectantur, in viciniam aliorum. Sed

§ Assero non rite cum Cartesio motus localis definitur.

Probatur 1° vicinia aliorum corporum sive quiescentium sive non indifferenter omnino se habet ad corpus quod movetur, ergo. Probatur ant. supposito quod unicus tantum lapis creatus existeret hic lapis, qui profecto non esset essentialiter immobilis a Deo posset moveri, licet nulla daretur aliorum corporum vicinia, ergo corporum vicinia indifferenter omnino se habet ad corpus quod movetur, ergo immerito motus definitur translatio unius corporis a vicinia &

Probatur 2° placide dormiens in navi rapide undas percurrente non transfertur a vicinia corporum illum immediate pertingentium, ergo non movetur. Item homo eandem retinens vestem, etiam si ambulet non transfertur a vicinia corporum illum immediate pertingentium, ergo non movetur dum ambulat, hæc autem et alia plura quæ afferri possunt sunt absurda, ergo talis est et Cartesiana motus definitio. Insuper motus iste conveniret tantummodo partibus externis corporis mobilis, ergo dum agi-tando superesset nullus motus conveniens partibus internis

Quare motus localis melius cum Joanne Cheyll Lectione 7.a ad veram Philosophiam definitur per suam continuam et successivam loci mutationem. Vel cum Gassendo sectione 1.a L. 3. c. 6.

transitus de loco ad locum, sed quoniam reperire potest, quod aliquod corpus 2um totum maneat in eodem loco, licet singulae eius partes locum mutent, ut accidit in rotis circa centrum immobile in motu revolutionis, ideo ad maiorem darg. diffinitionis evidentiam [illegible] addo: totius vel saltem aliquarum partium

Art. 3us

De praecipuis motus affectionibus

Motus cuiuslibet affectiones praecipuae sunt velocitas et tarditas, velocitas est affectio motus qua mobile plurimum spatii partes brevi tempore percurrit: ex opposito tarditas est affectio motus, quo mobile dictum spatium longiori tempore conficit. Spatium vero est linea illa, quae a mobili percurritur, quae si recta sit dicitur motus rectus, si obliqua, obliquus, si curva curvus, sed eius determinatio spectat [illegible]

Art. 4us

De motibus in particulari

Sectio 1a

De motu elastico

Motus elasticus est motus ille quo corpus compressum se vi ad pristinum naturalem statum restituit, unde elasticitas seu vis elastica est vis illa, qua corpus compressum ad pristinum statum se se restituit. Huiusmodi motum dari in rerum natura evidenter facile colliges, si ramum viridem inflectas, vel si arcum, aut balistarum motus contempleris. Unde tota difficultas est in assignanda eius causa, de qua varii varia. Cartesius enim p. 4a principiorum art. centesimo trigesimo 2o ad subtilem materiam recurrens dicit causam istius motus esse agitationem materiae subtilis transeuntis in recto per poros corporis inflexi redditos per inflexionem strictiores. Sed praeter quam quod chimerica demonstrata fuit haec Cartesiana materia in physica nostra, [illegible] ex hoc etiam [illegible] quia subtilis Cartesianis principiis est haec Cartesii opinio, ex se ruit, quod sic ostendo:

Vis elastica per Cartesium inest omnibus corporibus duris, quorum particulae immediatae sunt [illegible] instrumentorum interiorum sunt [illegible], atqui dato hoc principio [illegible] Cartesii [illegible], unde ex se ruit [illegible]. Probatur mi. hoc dato principio corpus elasticum [illegible] durum nullos habet poros, quos materia subtilis irrumpens pervadere possit, quod etiam patet ex [illegible]

immediato contactu coniunctas nullam admittere discontinuationem partium continui-
tatis, quo hoc dato principio nimirum quod particulae corporis elastici sint immediato
contactu coniunctae, opinio Cartesii de causa motus elastici est Cartesio contraria
sicque ex eo ipso corruit. Praeterea hoc dato principio sola corpora pura haberent
vim elasticam, etenim solum per Cartesium sint immediato contactu coniuncta
absque ullo ramentorum interjectu ejusdem partes, sed hoc ipsa experientia pug-
-nat, siquidem motus elasticus adest etiam in aere corpore flexibili ac molliori ut
patet in sclopetis ~~[illegible]~~ pneumaticis, in quibus aer compressus naturalem appetitat
dilatationem. 3o

Gasendus vero sectione 2a physicae L. 5. c. 8. elastici motus causam collocat in impetu
ab inflectente ei [illegible] impresso his verbis: Restitutio elastica nil aliud
est quam quidam reflexionis motus quem esse contrarium cum directo ostendimus. Sed
huius opinio est falsa. Etenim

Impugnatur: ostendendo motum elasticum a reflexo differre, quod sic breviter perficio:
motus reflexus est violentus, ideo enim pila reflectitur, quia per obicem obs-
-tantem impeditur a suo cursu directo, sed motus elasticus est naturalis, quod ag-
-nosci etiam potest ex eo, quod arcus difficile adducitur, et facile ad priorem statum redit.
Ergo motus elasticus non est quidam reflexionis motus, neque [illegible], pro-
-veniens ab impetu impresso ab extrinseco.

Grangeus tandem in principiis philosophiae c. 26. A. 9. contendit in rebus flexibilibus
incurvatis fieri elaterium ob gravitatem aeris enitentis implere vacuola per in-
-curvationem inducta. Sed et iste

Impugnatur. Elaterium ob gravitatem aeris enitentis implere vacuola per incurvationem inducta
in rebus flexibilibus fieret elaterium (nego tamen vacuola induci in corpore flexi-
-bili, nihilominus saltem de nomine per curvas incurvationem, etenim quantum dilatantur
meatus in superficie convexa arcus, tantum minuuntur meatus in concava
ut ipsa experientia suadente) non minus arcus plumbeus quam ligneus resili-
-ret, idem enim aer qui gravitat supra arcum ligneum, gravitat etiam super
arcum plumbeum; atqui experientia constat arcum plumbeum non habere el-
-aterium, ergo elaterium non provenit a gravitate aeris enitentis implere vacuola
inducta per incurvationem. Restat nunc aliorum sententiis impugn-
-atis ut afferam meam, unde superest de vi motrice in rebus inanimatis.

quas quanto citius potero existentes demonstrabo

Assero veram, unicam, ac realem causam virtutis elasticae esse in ipsis rebus intrinsecam affectionem proprii naturalis status

Probatur: motus elasticus est reditus a statu violento ad statum naturalem; sed quaelibet res in statu violento constituta ex intrinseca virtute affectat, ac movetur ad statum suum naturalem; ergo quaelibet res ex intrinseca virtute movetur motu elastico; ergo vera causa motus elastici est rebus intrinseca, et sane per eam virtutem arcus et cum lignum movetur ad statum naturalem est rebus intrinseca, et illa per quam resistit tensioni, sed tensioni resistit per virtutem intrinsecam, ergo etiam per virtutem intrinsecam movetur ad statum naturalem;

Sectio 2a

De motu reflexo

Motus reflexus est motus ille, seu reditus mobilis a termino ad quem, et est modus quidam motus illius qui portatur a corpore incidente in aliud resistens, dum scilicet corpus mobile in medio incidit in aliud et illo recedit, seu reflectitur, ut videre est in ludo pilae, quae in parietem in quem fuit proiecta ubi cecidit, recedit. Hic autem reflexio fit semper ad angulum aequalem angulo incidentiae, quare ea quae perpendiculariter cadunt, aut incidunt, perpendiculariter etiam resiliunt, et quae oblique oblique pariter reflectuntur; ob hanc tamen aequalitatem necesse est ut corpus, et resistens sit sphericum et perfecte planum, aliter aequalitas non obtinebitur. His positis huius motus causa est investiganda.

Assero: motus reflexi causa est impetus corporis quod cadit, vel proiicitur; huic tamen addi potest vis elastica corporis incidentis, vel eius in quod incidit, multo autem magis vis contraria

Probatur: si pila ferrea proiiciatur, vel cadat in pavimentum similis duritiei, non immota in eo stabit loco, in quem incidit, bene vero versus illam, vel si tangat, proiectionis ab ea. Talis vero motus ... non est repetendus a pila seorsim accepta ab impetu, aliter motus sequeretur. Cadendo pila quieta decumbit pendens in puncto incidentiae, nec in pavimento. Siquidem hoc in motu supponitur, nihil autem immotum ... posse aliud efficienter movere, ergo ab impetu ejus reflexio ... endus, et ostendo ... Haec est causa, cui ... magis, et minus est ... reflexionis singulariter: illa sed impetus est causa majoris, et minoris reflexionis, ergo etiam reflexionis singulariter: illa indubie est certissima, minor vero ab experientia suadetur. Concessa si eadem pila proiiciatur impetu ut duo, ut duo resultat reflexio, si ut quatuor, ut quatuor, si nullo nulla, si aliquo aliqua, ergo

impetus est causa majoris et minoris reflexionis ergo.

Probatur 2a assertionis pars: dato equali impetu magis resultant pilae eburneae, quam ferreae, vel plumbeae in idem incidentes pavimentum, et magis dum in ebore sit pavimentum, quam in ferro, plumbo, vel lapidibus, sed huius majoris reflexionis causa nulla alia esse potest, nisi major vis elastica in ebore, et ideo, quam in ferro plumbo, et lapidibus, cetera enim vel supponuntur paria, modus tamen imparitatis vis elasticae valde prodest ad multam reflexionem, sive sit vel in corpore incidente, vel in eo in quo incidit multo magis si in utroque. Cum hoc tamen non ita asserimus ad motum reflexum requiri solam vim elasticam, cum etiam corpora destituta vi elastica resiliunt, ut sunt aquae, quae licet nullo donatae sint elaterio, tamen in superficie terrae casu incidentes resiliunt dum in eandem incidunt. Alia videbimus

Quaeres 2o: Utrum corpora dotata sint vi elastica et quid ad elaterium conducat.

R. 1o ad 1um: Corpora perfecte fluida vi elastica haudquaquam sunt dotata.

Probatur: illa corpora vi elastica non sunt dotata, quae comprimi nequeunt, et diducta non adducuntur; sed talia sunt corpora perfecte fluida; ergo haec vi elastica non sunt dotata. Probatur minor: corpora perfecte fluida nullius figurae sunt tenacia, et omnium facile suscipiendarum capacia, sed huiusmodi corpora comprimi nequeunt, compressa non resiliunt, diducta non adducuntur; ergo corpora perfecte fluida comprimi nequeunt, pressa non resiliunt, diducta non adducuntur; ergo non sunt dotata vi elastica.

R. 2o ad 1um: Corpora perfecte dura, et inflexibilia nec ipsa donata sunt vi elastica.

Probatur: Corpora perfecte dura, et inflexibilia naturalem statum amittere non possunt, ergo neque illum per vim elasticam recuperare; ergo corpora perfecte dura, et inflexibilia non sunt donata vi elastica, quae est naturalem statum amissibilem recuperandum.

R. 1o ad 2um: Ad elaterium non mediocriter conducit partium rigiditas.

Probatur: id non mediocriter conducit ad elaterium, quod non mediocriter conducit ad pristinum statum naturalem recuperandum; sed partium rigiditas non mediocriter conducit ad pristinum naturalem statum recuperandum; rigiditas, quod non mediocriter talis rigiditas, et durum nullius est tenax figurae et omnium capax atque

nec comprimi potest nec prorsus residit, quia partium rigiditas mediocriter conducit
ad elaterium

R.º 2.º ad 2.um: Ad elaterium multum etiam conducit meatuum copia.

Probatur: ad elaterium multum id conducit, quod confert ad partium compressionem, elaterium enim partium compressionem importat, sed meatuum copia confert ad partium compressionem, et quidem multum, et quidem quia ea corpora quae maioribus abundant meatibus facilius etiam comprimuntur, ubi facilius comprimi [illegible] quam ferrum, R.º quia ubi adsunt meatus intermedii inter partes et partes ibi summa partium unio, atque ubi summa partium unio, ibi nulla compressio, compressio enim est [illegible] partium ad partes, et ubi non adsunt meatus intermedii, ibi nulla compressio, quia meatus ad compressionem [illegible] vant, et sic meatuum maior vel minor copia, dummodo [illegible] partes magis et minus ad elaterium conducit.

Obijcies 1.º contra 1.am responsionem ad 2.um: aer fluidus est, et mollis, nihilominus magnam vim elasticam donatur, ut ex variis colligi potest experimentis, ut ex fistulis quas adolescentes dicunt schioppetti, vulgo archibugio a vento, et fistulis sambuci, [illegible] immisso in eas obturamento aliquo canabino, obturamentum alterum mediante embolo in eam -dem maiori vi adducunt, et tunc aer inter duo illa obturamenta compressus vi sua elastica ad pristinum statum redit excutiendo 1.um obturamentum, ergo etiam corpora fluida pollent vi elastica.

R. dist. 1.am partem antis aer fluidus est, et mollis comparative ad corpora duriora c. absolute n. 1.am antis partem et concessa 2.a n. consequentiam. Aer profecto comparatus ad multa alia corpora fluidus est, et mollis, sed absolute [illegible] potius fluidus est, ac mollis, quia credendus est habere partes solidiusculas et flexibiles ad instar pilorum lanae vel fili [illegible] nil contra nos cum ibi locuti fuerimus de corporibus absolute fluidis.

Obijcies 2.º contra 1.am responsionem ad 2.um: Nil ebore, nil adamante, nil marmore durius, sed haec corpora magna vi elastica pollent, ergo etiam corpora perfecte dura vi elastica pollent.

R. [illegible] corpora dura quidem esse comparative non absolute, nam globulus ex ebore, adamante vel marmore, ubi in aliud durum corpus incidit suas partes quam fit percussio complanat, et ex eo maxime colligi, quia si dimittas globulum ex ebore vel marmore in incudem [illegible] illitam sic iste resideat et in incude vestigium quoddam relinquat rotundum maius vel minus iuxta

maiorem vel minorem altitudinem a qua dimissa sunt certissime contingere non posset nisi eius partes comprimerentur. unde non mirum, si haec corpora vi elasticā pollent quantumuis comparatiue dura, quia absolute dura non sunt, ut consequens neque de genere illorum (si tamen aliqua dantur) quae propter duritiem elaterio carent.

Quaeres 2°. utrum in puncto reflexionis detur aliqua quies seu morula

R°. negatiue et

Probatur 1° per quamlibet quietem seu morulam licet minimam interruptam cessat quilibet impetus quantumuis uehementissimus, atqui si impetus a proijciente impressus est causa reflexionis ut constat ex probatis, hic in puncto reflexionis non cessat, ergo in puncto reflexionis nulla quies morula nulla

Probatur 2°. si in puncto reflexionis aliqua datur quies, seu morula, nulla est assignabilis motus reflexi causa, non enim assignari potest impetus, siquidem hic per quietem cessat, neque quidquam aliud, cum nonnisi impetus sit reflexionis causa, ergo

Dices datur lapis versus proiectus, antequam descendat, quiescit, ergo. Probatur antecedens antequam lapis descendat debet dari equalitas inter impetum ascendendi, et grauitatem naturalem descendendi, ergo ut unica impetus ascendendi a grauitate lapidis debet intercedere equalitas intensionis inter impetum et grauitatem, ergo quies seu morula.

Sed contra nego antecedens, et eius probationem nego antecedens, nam cessante impetu lapis immediate descendit, quia cessante impulsu extrinseco lapis grauitate modo quo ro quomodo dari potest equalitas inter impetum et grauitatem ita ut lapis nec ascendat per impetum, nec per grauitatem descendat, etenim si adest impulsus, ascendit, si vero cessat, grauitate, et si grauitat, descendit, et inde perquod in aere sustentatur ita ut quiescat, vel enim sustentatur vel impetu vel a grauitate, non ab impetu, nam impetus motum imprimit, non quietem, non a grauitate quae semper deorsum impellit, ergo nulla in puncto reflexionis quies, morula nulla.

Articulus 5us

De motu grauium in descensu

In rerum natura grauia corpora dari, haec terrae certissime uersus omnium experientia magistra fundatur. Huius descensus causam esse eorum grauitatem haud difficile concedunt Philosophi sed in definiendo in quo haec sita sit, non parum sudant et laborant.

Gassendus enim ab extrinseco corporum gravitatem accersit, dicendo corpora ideo gravitare, pro consequenter centrum versus descendere, quia a terra effluvia quaedam seu corpuscula figurae uncinatae emittuntur, quae in corpora incurrunt, et rursus illa ad se, seu ad terram trahunt, unde [illegible] gravitatem in terram, quam vocamus tendentiam, quaedam proprietatem corporibus gravibus insitam.

Longe profecto a veritate aberrat.

Probatur 1°: quodlibet constituitur in propria determinata specie entis, seu praedicamenti, per aliquid intrinsecum; ergo etiam gravia, ut constituantur in esse gravium, ab effluviis terrae emanantibus, debent gravitas corporibus intrinseca, ergo per hanc corpora gravia constituuntur in esse gravium, ab illis distincta [illegible] pati non debent, [illegible] enim virtute ab intrinseco [illegible] [illegible] ergo [illegible]; ergo.

Probatur 2°: vel ex virtute sibi intrinseca terrae effluvia ad ipsam in suam propriam [illegible], vel ex determinatione ab extrinseco excitata, vel sola determinatione ab extrinseco in ipsis excitatam; [illegible] determinatio vel est excitata a terra, vel ab effluviis, non a terra, quibus enim organis [illegible] ad hanc actionem? ergo a terrae effluviis; sed negatur: bini [illegible] effluvia determinata priora effluvia ad descensum, vel sunt ex se determinata ad hanc actionem, vel ab alio determinantur; si ab alio determinantur, ergo procursus in infinitum, qui tamen omnino est a [illegible] excludendus; ergo ex se sunt determinata, [illegible] si hoc est, cur talis non asserunt etiam illa priora? Et si effluvia [illegible] sunt virtute innata descendendi, cur haec virtus [illegible] [illegible] concessa negatur corporibus?

Probatur 3°: si corporum gravitatio esset a terra trahente, et se in propria rapiente, ubi eadem esset terra, ubi effluvia, eadem ratio omnis, omnia corpora aeque gravitarent, causa enim gravitationis eadem [illegible] est quidem dicere, aeque [illegible] gravitaret plumma, et ferrum [illegible], [illegible] [illegible]. Insuper aeque gravitaret corpus a ferreum, molis ut duo, et corpus b pariter ferreum molis ut quatuor, et [illegible] corporeo, quae plus habent molis, [illegible] graviora, sed haec [illegible] contra prudentem persuasionem; ergo.

Cartesius vero a vertice [illegible] liquidae substantiae motae circa globum terraqueum corporum gravitatem repetit, unde etiam per ipsum corporum gravitas est ab extrinseco. Sed et iste fallitur.

Probatur. Cum hic repetere [illegible] [illegible] primam probationem allatam contra Gassendum. Si corpora gravia in terram decidere cogerentur ob vorticosum liquidae substantiae motum circa globum terraqueum, videretur ob continuam liquidae substantiae [illegible], quo a centro vortices recedit, [illegible] superiores partes [illegible], caelum semper esset serenum, et nunquam nubilum, sed hoc experientiae repugnat; ergo [illegible] unde sequitur. Probatur sequela: maioris continui [illegible] substantiae liquidae recedentis a centro vorticis non minus impelleret ad centrum nubes, quam lapides, ni forte dicendum velles, substantiam liquidam propter antipathiam [illegible] lapidibus

affectari spatio ab eis occupato, et simpathiam cum nubibus sua illis spatio intractionibus inquere, qui in dato spatio (Celo sereno) semper erit nubilum nunquam.

Alij tandem ab extrinseco quidem dementibus corporum gravitatem, dicentes ex pressione aeris incumbentis corpora descendere; Sed est

Auerrans.

Probatur ab experimentis: 1° in machina Pneumatica, aere exhausto citius descendunt ad levissima quaeque corpora, quae descendunt in aere libero gravissima; ergo gravium descensus non est ex pressione aeris incumbentis: 2° dato vacuo etiam adhuc in illo motus gravium perdurarent; ergo gravium descensus nec ex pressione aeris, nec ex effluvijs magneticis terrae, neque ex motu liquidae substantiae motus est repetendus, dixi, neque ex effluvijs magneticis terrae, neque ex motu liquidae substantiae motus, ut indicarem hanc assertionem meam probationem militare etiam contra Gasendum et Cartesium, uti considerandi patebit. Aliorum plurium opiniones, et impugnationes meum aspicies sensum.

Assero Corporum gravitatem a principio, seu qualitate corporibus insita merito repetendam esse.

Probatur: motus gravium ad terrae centrum versus est gravibus corporibus naturalis; sed omnis motus naturalis est a principio, seu qualitate corporibus insita, ergo. Probatur minor motus ille est corporibus naturalis qui in omnibus circumstantijs invariabiliter semper est idem, nisi ab extrinseco impediatur; sed motus gravium terrae centrum versus invariabiliter semper est idem in omnibus circumstantijs, siquidem gravia semper gravitant sive sint in vacuo, sive in pleno, sive in una sive in alia regione, sive parum sive multum a terrae centro distent, sive aer circumambiens sit crassus, sive subtilis, sive densus, sive liber omnino perpendiculariter semper gravitant, nisi forte ab extrinseco aliquod obstet, vel motum omnino impediens, vel motum a recta linea alio divertens, ergo motus gravium est corporibus naturalis: Nunc 2° probo minorem omnis motus naturalis verum est, et postulatur ab earum natura, etenim natura quaelibet principium motus et quietis recte dicitur; sed omnis motus a natura est ab intrinseco principio seu qualitate, ergo omnis motus naturalis est a principio intrinseco seu qualitate, ergo etiam motus gravium qui gravibus naturalis fuit assertus est ab intrinseco principio, seu qualitate gravibus insita.

Obiicies in recentioribus ab eo causa corporum gravitas repetenda videtur, quae potest omnia gravitatis phenomena convenienter explicare, et sine quo explicari nullatenus nequirent; sed posito, cum Cartesio vorticoso liquidae substantiae motu circa globum terraqueum, pariter positis magneticis terrae effluviis cum Gasendo, immediatis positis solius pressione aeris corporibus incumbentis omnia gravitatis phenomena convenienter explicantur. et hisce exclusis sententiis nullatenus explicari nequirent; ergo ab uno ex tribus istis eiusque corporum gravitas est repetenda.

Probatur 1a minor pars, gravitatis phenomena ad tria haec reducuntur: 1° quod gravia in terram decidant, 2° quod perpendiculariter decidant; 3° quod decidendo ad certam distantiam motum accelerent; sed tria haec gravitatis phenomena convenienter explicantur per vorticosum liquidae substantiae motum circa globum terraqueum, per magnetica terrae effluvia, et etiam per pressionem aeris incumbentis; ergo. Probatur 2a pars eatenus favore Cartesii: 1° corpora gravia in terram decidere cogunt ob continuum liquidae huius substantiae nisum, quae a centro vorticis recedit, et superiores illius partes occupat: 2° postquam continuum liquidae substantiae nisum necessario intra eam columnam, qua continentur, decidunt, quod id ideo ac perpendiculariter, cum adiacentium columnarum particulae aequali nisu sursum tendentes obsistunt, quo minus declinent: 3° inter decidendum motum accelerant, cum novis semper liquidae substantiae ictibus urgeantur, donec ad eum pervenient celeritatis gradum, quem habita aeris resistentia a vorticoso illo motu possunt acquirere; ergo. Probatur 2a pars, cum Gasendo: per magnetica terrae effluvia in terram gravia decidunt, cum ab his attrahantur; perpendiculariter decidunt, cum a directe subiectis attrahantur; motum decidendo accelerant, cum quo viciniora sunt, eo fortius attrahantur; ergo. Probatur modo 3a: per aeris pressionem gravia decidunt cum urgeantur; perpendiculariter decidunt, cum a columna aeris directe incumbentis urgeantur; decidendo motum accelerant, cum celerior semper eadem columna aeris premente, quo magis ad terram gravia sese proximant; ergo. Ostenditur itaque ergo 2a 1a minoris pars: Hisce exclusis sententiis gravitatis phenomena explicantur per quid ipsis obscurius; ergo. Probatur: aut explicantur per qualitates, sed nil qualitatibus obscurius; ergo.

R. 1°, et quaero in machina pneumatica, in qua exhausto aere, aut nulla est, aut saltem modica liquidae substantiae portio, in qua nulla irrepunt, aut saltem pauca terrae effluvia, in qua nullus, aut saltem modicus aer est, quaero, inquam, quare gravia descendunt perpendiculariter

descendunt et descendendo motum accelerant, communi quaevis intrinsecum machinam quae
quaeque corpori descendunt, quam quaevis gravia in gradio liberae. 2a dictio mei n°
2i mei partem cum omnibus eius probationibus: siquidem gravia gravibus per
quid a levibus essentialiter differunt, sed gravia corpora, saxa, ferrum, plumbum, aurum
differunt a levibus, puta, ab igne per propriam essentiam, 2a etiam per propriam inditam gravi-
-tatem. Loquendo vero de adductis explicationibus fateor illas duras esse, sed simul observe
nos dubiae, nulli probato fundamento innixas, unde licet evidentis reiiciunt, donec aequi
-bent. Ad probationem autem 2ae partis 2ae mei dico dictam 3ae gravitatis phaenomena
non minus clare a nobis exponi, quam ab Adversariis, si nempe dicatur.

1° Corpora deorsum descendere ex gravitate in virtute ipsis ab Autore naturae in eorum conditione
insita.

2° Perpendiculariter descendere ex eiusdem gravitatis intrinseca ordinata ad motum magis pro-
-prium, ac conducentem ad finem assequendum, scilicet terram, videm gravibus destinatum
qui motus est perpendicularis, cum quilibet alter executionem finis redderet tardius quam
id illum conducat.

3° Motum in descensu accelerare cum novum semper impetum gravia acquirunt descendendo, et aer
in descensu minus in progressu resistat, et hoc quid clarius probatur, gravitate in gra-
-vibus ab intrinseco emanante.

Articulus 6us

De suspensi Liquidorum Motu.

Ante quam ad assumptum explicandum progrediamur nos nihil quid quam subdo proponi
2 ex iis recipere, siquidem physicae ignorantiae authorem, aut ad probandum possit in aequilibr
dicere, aliud physico solido innixum fundamento, an non, ad uos sub iudice lis est, ideoq;

Propositio 1a

Gravia etiam in propriis locis gravitant

Probatur. gravia in propriis locis constituta, nihil retinent qualitatis, quis inesse debent ab
intrinseco, sed gravitas ab intrinseca debetur corporibus gravibus, 3° hanc retinent, etiam

in proprijs locis constitutae, et quidem in actu 2.° nam certum videtur gravium levium extrinsecam intrinsecam corporum qualitatem impedire minime posse nisi insufficienter: ostensum iam fuit, unde quoad 1.am partem standum; 2.am vero partem, quamvis ex ipsa ostensione deducatur, sic ostendit: Gravia resistunt vi externae amoventi illa a proprijs locis et elevare [illegible] haec resistentia gravium non nisi per actualem gravitatem, et ponderositatem, ergo gravia in proprijs locis constituta habent actualem gravitatem etc.

Confirmatur auctoritate Philosophi 4.° de Coelo c. 4.° ubi etiam recentiores declarant, ubique habere, nec in loco gravitatem habent omnia praeter ignem, quia urgent sanamenti persuadere sibi potest aedificia, terram immediate subiectam deorsum premere, et fundum maris nullatenus ab eius aquis comprimi etc.

Obijcies tamen: Quodlibet corpus respicit sibi connaturalem locum, et extra illum reperitur, fit conatum et tendit ad illum contendere, ergo dum in illo est quiescit, sicque non gravitabit. Confirmatur ab experientia: 1.° Urinator etiam in fundo maris existens nullum aquae incumbentis pondus sentit. 2.° Situla aqua plena quamdiu est intra aquam plurijs facile attollitur. Idem vero sic dudum [illegible] eius 3.° idem plumbum minus ponderat in aqua quam in aere, eius enim gravitas fere quoad duodecimam partem imminuitur. Ergo in proprijs locis gravia non gravitant.

R.° dist.° ant. quodlibet corpus respicit etc. et nititur nisu necessario per modum proprietatis intrinsecae conc. ant. respicit, et nititur nisu voluntario elicito per modum actus n.° ant., et consequentiam. In hijs quae ex natura propria nisum ad finem fine assecuto cessat, quia est ad modum actus pendentis a desiderio obtinendi id, quo caret; at in gravibus non cessat, cum nisus gravium ad locum ipsis connaturalem sit per modum proprietatis intrinsecae, quae tendit suum praestat effectum, quamdiu ipsa durat, unde sicuti magnes eodem nisu ferrum attrahit et retinet, ita grave eadem gravitate, et pondere quo ad centrum nititur dum distant, obstante, dum in illo quiescunt, non cessant. Ad confirmationem ad 1.° et 2.° ant. partem dist. 3.° plumbum minus ponderat in aqua, ponderare seu gravitare relative conc. ant. gravitate absoluta n.° ant. et conseq. Urinator ideo in fundo maris existens [illegible] pondus non sentit, quia partes aquae [illegible] ab ipsius 2.° lineae perpendiculares sed etiam alijs lineis obliquis [illegible] mutuo sustinentur. Licet mutuo sustinentur 2.° lineae perpendiculares [illegible] et cuilibet [illegible] Suppone [illegible] ligatura [illegible] [illegible] Quia [illegible] quemadmodum pondus in una bilance [illegible] ex alia parte non est [illegible] ab ea [illegible] hinc in qualibet perpendiculari [illegible] lineis obliquis [illegible]

sustinent liquidi partes incumbentes capiti Urinatoris distantes ab hijs quae ad illius latera sunt positae, pariter partes aquae incumbentes ab aliis circumpositis sustinentur unde nil mirum si urinator aquae pondus non sentiat, licet aliquando facto in mari gravitet, ubi nil mirum quod usque fundum sint premant multas ulnas aquae [illegible] in illud confertimque per ictum immissae. Huc revertitur de situla aquae plena, quae dum hic a fundo putei usque ad extimam aquae superficiem facile attollitur, quamvis in propriis locis idem habeat pondus quod alibi, quia ab aequali aquae volumine, tamquam aequiponderis posita in alia aequali volumine sustinetur. Ad exemplum de plumbo, in te quidem respondeas monitos vos volo, veram omnium gravitatem dividi in absolutam et relativam: 1a illa est, qua corpus in se, quod est grave, seu deorsum nititur: Relativa quae sentitur comparative ad sensus nostros, et hic adeo minime adest quoad nos, ut nihil omnino appareat: sed verum plumbum quod est in aqua duodecima sive suae gravitatis relativae parte deperdit, quae duodecima parte levius a nobis sentitur, sed de absoluta gravitate nil omnino amittit. [illegible]

L[illegible] cum plumbum duodecimam gravitatis relativae partem ammittat, licet de absoluta nil deperdat omnino

R[illegible] id unum in eo devenire: nam moles plumbea duodecies sive gravior sit mole aquae [illegible] voluminis seu magnitudinis, unde aequilibrari nequit plumbum ab aqua nisi quoad duodecimam partem eius relativae gravitatis, et quoad hanc partem necessario aequilibratur, cum aqua licet plumbo duodecies minus gravior posita sit resistere pro sua gravitate gravitati plumbi, quae ob hoc aequilibrium sive duodecies minus in gravitate sive duodecima parte minuitur, quo ad nos idest relative, cum in duodecim reliquis gravitati absolutae plumbi non circumstantes sentiamus, uno gradu aequilibrati aquae. Unde hinc tibi est regula generalis: si corpus quod in liquido est liquidi gravitatem adaequat, aequilibratur, et ibi ubi positum remanet: si superat, descendit: si excedatur, unde eius sui partes ascendentem exuerit [illegible] subit liquidum: Ut contingit de navibus in fluminibus et mari.

Propositio 2a

Aer dicitur gravitate praeditus

Probatur: maius est pondus vesicae inflatae, quam vacuae, ut notavit etiam Aristoteles 4o de Caelo c. 1o, constat experimento facto a Ricciolo, qui animadvertit vesicam inflatam duobus

gravis ponderare magis quam vacua, quia [illegible] si aer gravis esset, vesica aere plena magis ponderis haberet vesica inflata, cum tamen quo magis inflatur eo minus ponderis haberet, quia videlicet aeris levitas vesicae gravitatem imminueret.

Obiicies: si aer gravis esset, eius gradus sensibiliter nobis ostenderet; sed hoc experientiae repugnat. Respondeo negando maiorem, quia aer in aequilibrio cum aere non [illegible] partes seu columnas perpendiculares, sed etiam obliquas sustinet. Confer paulo ante dicta de Urinatore, a quo [illegible] ab aquis non sentitur, sed potius [illegible] causalis quae nulli obnoxia est exceptioni, licet vera sit et etiam in rebus parvi momenti, ut in casu.

Propositio 3a

Aer vi elastica minime caret.

Meminisse hic oportet eorum quae diximus Art. 4o praesentis quaestionis, sectione 2a, in obiectione 2a contra 2am responsionem ad 2am partem 2i quaesiti de folliculis lusoriis, sclopeto pneumatico et fistulis [illegible], a quibus optimum profecto argumentum desumere possumus [illegible] huius nostrae assertionis, sed ne parum nimis videar, alterum addam experimentum.

Aer comprimi potest et compressus ad statum naturalem sublato corpore comprimente se se restituit; ergo aer vi elastica minime caret. Consequentia ante demonstrata ex dictis supra [illegible] deducitur, adeo probatur antecedens. Vesicula c piscis [illegible] vulgo [illegible] aere vacua collo obligato suspendatur, facto in tubo vitreo a b, figura 2a, extrema sui parte a in formam [illegible] ampliatum [illegible] vesicula obducto, et [illegible] ab hidrargyro [illegible], ut hidrargyrum descendat in [illegible] b, illa intumescat; sin autem exiguum foramen [illegible] in vesica [illegible], ita ut aer introeat vesiculam, quae intumuit ad pristinum redit statum. Sed vero huius vesiculae compressio facta per aerem, qui ingressus est, indicat in aere vesiculam continente [illegible] comprimi, et illius intumescentia aere absente indicat compressum aerem, corpore comprimente ablato, ad naturalem statum se se restituere posse; ergo aer comprimi potest, compressusque ad pristinum statum se se restituit; ergo vi elastica minime caret. Quod erat demonstrandum.

Assertio 4a. Liquidorum ascensus, eorumque suspensio ab aeris gravitate merito repetenda videtur.

Probatur: aer gravitate sua, [illegible] corpora [illegible] sustinet; ergo liquidorum ascensus, eorumque suspensio ab aeris gravitate merito repetenda videtur. Consequentia demonstrata ante legitime deducitur; probatur itaque [illegible] ~~[illegible]~~ b c directa [illegible] b ad aptitudinem fistulae apto, et accomodato figura 2a, [illegible] tota sit in aere, et foramen

i sit apertus, tum ex tubulo b, in hac positione adire nequit ii e quin aliquas partes aeris impellat, illasque aliis, quae, vel ob gravitatem columnae aeris perpendiculariter incumbentis, ac prementis simul tendere perpendiculariter nequeant et insita gravitate deorsum trahente lateraliter necessario pellunt, quemadmodum per lineas in subiecta figura 3 vertice, ad similitudinem lineas descendendo inferiores aeris partes premunt et undequaque premant; nec alius locus superest in illum ex quo tubulus demum addu-ctus veniat violenter infractus et sistens, eo modo quo aquae dico a conducta figura 3a sursum inflectit [illegible] abasse c plura, vel unicum haberet foramen b comprimitur, et aqua [illegible] onusta abiecta ex pressione aliorum circumiacentium aquae columnas carinam subiecti qui adest in illa [illegible]; sic vero sibi [illegible] aer quem tubulus impellit aquam ex eo in uno ut denotat figura 4a [illegible] aliquem in [illegible]-mero esset ingressurus sibi obiectum offendat [illegible] gravis [illegible] in quo foramen c immersum [illegible] premit [illegible] in una parte aquae columnam foramini subiectam nullo incumbente corpore gravi, et in alia parte lateraliter undique premat, oportet quod attollatur et in fistulam impellatur, impulsum retineat, aut alias inquam [illegible] lateralibus undique premat in fistulam impellatur, cum haec [illegible] loco, ut alteri pateat aditus, impulsum retineat, effectus enim non cessat nisi cessante causa; quam hoc saepe ut [illegible] vel reducto tubulo b ad suum foramen c [illegible] aer [illegible]-uitate sua quamvis deorsum [illegible] premat sursum etiam [illegible] corpora adiecta, [illegible] sustinet, [illegible] liquidorum ascensus in tubis [illegible] suspensio ab aeris gravi-tate merito repetenda videtur.

Ascensus liquidorum ascensus [illegible] in tubis suspensio aliquando est a [illegible] solo aeris elaterio, aliquando partim ex aeris elaterio, partim ex eiusdem gravitate [illegible].

Probatur 1a assertionis pars; aer in cubiculo perfecte clauso [illegible] non solum [illegible] pavimentum, sed etiam laterales partes et fornicem cubiculi [illegible] se se dilatare et aditum invenire [illegible] premit pavimentum, sed et partes laterales [illegible] fornicem, hoc posito, si per foramen a figurae 5ae factum in fornice b cubiculi in-mittas [illegible] c c aqua vel hydrargyro plena, aqua seu hydrargyrum descendere nequit (suppono hic tubulum b medium [illegible] aliqua claviculam c vel simili instrumento ita collocatum esse, ut dispositum ut nullam [illegible] premat aquam seu hydrargyrum


in syringe contentus, quia aerem amantem se dilatare etiam summum fornicem sugellat
sed aer recedere nequit a fornice cui innititur, ut dixi suppono nullum syringi addi vacandum
locum praeberet, ergo nec aqua sicut hydrargirum descendere sed ad consuetam altitudinem
suspensum remanebit, atqui hoc in casu aqua sicut hydrargiri suspensio esset a
mero aeris elaterio, non enim fornicem summum gravitat aer, ergo aliquando liquidorum
suspensio a solo aeris elaterio est repetenda.
Probatur 2a assertionis pars: Hydrargirum ad eandem altitudinem suspensum manet sive experimentum
fiat in cubiculo, sive aperto Caelo, quemadmodum plurima suadent experimenta, sed in cubiculo
perfecte clauso non tantam gravitatem aer quantam aperto Caelo, siquidem minus alta sunt aeris columnae
in cubiculo, ergo hydrargiri suspensio ad eandem altitudinem in cubiculo perfecte clauso, non provenit
a sola aeris gravitate, atqui excepta aeris gravitate nulla alia causa assignari potest, nisi
eiusdem aeris elaterium, ergo ad hydrargiri suspensionem in eadem altitudine concurrit etiam
aeris elaterium. Probatur minor subsumpta: Nulla alia causa nisi eiusdem aeris elaterium assi-
-gnari potest, si haec sufficiat, data enim sufficientia immerito reijciatur, atqui de facto
sufficit, et probatur minor aer per elaterium premendi vim habet praecipue dum est inclusus, ergo suff-
-icit una cum gravitate sibi intrinseca ad suspendendum hydrargirum, antecedens experimento notis-
-simo demonstro: Si intra recipiens ponatur phiala quae habeat superficiem planam ubi a reci-
-piente exhauritur aer, aer qui fialam continet vim suam elasticam exercet, et quidem tanta acc-
-ivitate dum ab externo aere non impeditur, ut confringat phialam, ergo aer inclusus premendi
vim habet, ergo sufficit una cum intrinseca gravitate ad consuetam suspensionem hydrargiri
seu aquae etc.
Obijcies 1o contra 1am: si liquidorum ascensus, eorumque suspensio ab aeris gravitate esset repetenda, quo
gravior esset aer altius efferrent, atque sustinerentur, sed hoc non contingit, ergo: maior est certa,
quae enim est causa rei simpliciter est etiam causa talis magis, et minus, minor autem probatur
experientia: Aer gravior est nimboso Caelo, quam sereno, atqui Caelo sereno, et praecipue flante
borea altius ascendunt, minus nimboso, ergo quo gravior est aer non altius efferuntur liqui-
-da, nec altius sustinentur.
R. 1o maiorem nego minorem, ad cuius probationem distinguo maiorem, si sumatur tanquam regula generalis, potest...

enim flante Austro Coelo sereno Borea gravissimus est aer, cujus rei causa videns esse particulas salinas, quas secum trahit ventus aquilonaris, qui eas [illegible] aeri intime permixtae, aerem etiam si serenum graviorem reddunt, et consequenter [illegible] ad comprimendos liquores, e contra vero Coelo nimboso flante austro [illegible] particulis, inde est aer omnino vapores hoc vento flante in unum coguntur locum ad efficiendas nubes. Vel dicendum, flante coelo sereno borea aerem graviorem esse, quia ventus hic a [illegible] deorsum perpendiculariter premit aerem, et sic fortius, etc. ideo ventus hic licet levior [illegible] liquida sustinet, ex opposito pluvio Coelo flante austro aer licet tunc gravior quia transversim motu agitatur, per quem motum subiecta corpora minus premuntur, minus etiam alte liquida sustinet. De cetero ceteris paribus, quo gravior est aer altius de facto liquida suspenduntur: ut constat ex celebri experimento in Arvernis [illegible] ubi in montis radice, quia gravior ibi est aer, hydrargyrum altior [illegible] in tubo sustinebatur quam in vertice montis, ubi levior est aer.


Objicies 1º hydrargyrum expurgatum in tubo c f e d figurae 6ae positum, postquam a recipiente a b eductus est aer crassior ad consuetam immo ad maiorem aliquando altitudinem suspensum remansit, ergo immerito aeris gravitati tribuitur liquidorum suspensio.


R. Illud experimentum falsum omnino censendum est [illegible] physice sectione 4ª [illegible] 12º cujus enim tentatum nunquam successit licet dicatur [illegible] fuisse in Batavia ab Hugenio, ut refert Joannes Baptista du Hamel, nisi dicere malis sustineri hydrargyrum a subtiliori aere vi sua elastica.


Objicies 3º: Sumatur tubus vitreus a b figurae 7ae ut fecit Joannes Christophorus Sturmius, qui e iugo bilancis suspendit unam libram in lance d ex altera iugi parte collocatam [illegible] gravitate sustinent, et in quo, postquam hydrargyro fuit impletus, ac solito more in vas subiectum immersus unam hydrargyri libram superavit: Hoc posito si hydrargyrum in tubo rendunt ab aequali aeris columna sustinendum, opus esset una libra in lance d ut tubus a b, qui libratus est, remaneret suspensus, at qui in hac potest duabus libris onerari, una nimirum propter tubum, et altera propter hydrargyrum, ergo hydrargyrum in dicto tubo ab aequali aeris columna non libratur.










Fig. 6.

R. o[mn]i[u]m m[axi]me probando columnam hydrargyri e tubo contentam equivalet equali aeris columnae ad summam totius orbis aeris superficiem productae, a qua suspenditur. Et cum inter e et a nullus aer sit in tubo qui inferiorem eius superficiem sustineat, et ipsi incumbat, in a exterior columna, quae tantum habet ponderis quantum hydrargyrum tubo contentum, hac de causa ut sustineatur tubus, nec exterior aeris columna innititur. Necesse est utique libre in lance d ponantur. Etiam si hydrargyrum ab equali ponderis columna sustineatur, siquidem sustinendus est tubus, qui unam libram ponderat, qui et aer tubo incumbens fuit aliam, unde duabus libris opus est et nisi hydrargyrum ab aere sustineretur, tertia esset addenda una nimirum ad equilibrandum tubum, altera ad equilibrandum aerem tubo incumbentem, et 3a ad equilibrandum hydrargyrum, quae cum non requiratur, asserendum venit ab aere prementem hydrargyri equilibrandum fieri, quod nil contra nos. Hic autem

Quaeris ad quam usque altitudinem in tubis vitreis suspensum maneat hydrargyrum, et aqua et potio, quae non eamdem habeant altitudinem, quare?

R. ad 1um hydrargyrum pervenire ad altitudinem viginti septem cum dimidio aut viginti octo unciarum seu policum suspensum manere, aquam vero pervenire ad altitudinem triginta duorum pedum, huius autem rei causa est quia ad hanc tantum altitudinem et hydrargyrum et aqua equilibrium ab aeris columna ad extimam usque aeris sphaeram superficiem protensa: tantum enim simpliciter ponderis habet aerea columna ad extimam orbis aeris superficiem protensa, quantum habent columna hydrargyri ad viginti septem cum dimidio aut viginti octo policis alta, et columna aquae ad triginta duos pedes protensa. Dixi, ubique pervenire ut innuerem facile contingere posse hydrargyrum, idem dicatur de aqua, plus minusque ascendere, naturaliter aeris gravitate accedat; et haec nec semper, nec ubique sit sibi par, etiam hydrargyri ascensus, nec semper, nec ubique sit sibi equalis, quamvis persepe sit

R. ad 2um hydrargyrum minus aqua plus ascendere, quia hydrargyrum est illa gravior, et quidem tanto discrimine ut uncia hydrargyri pollex equiponderet quatuordecim aquae pollicibus, unde sex hydrargyri quatuordecim aquae pedibus et consequenter viginti octo pollices hydrargyri triginta duobus pedibus aquae cum octo pollicibus seu unciis, ex his sit

Corolarium 1um

Insubsistens omnino hinc evincatur illa antiquorum Peripateticorum sententia, quae liquidorum ascensum eorumque suspensionem horrori vacui attribuens docebat ideo haec contingere, quia natura nil aeque metuens

ac vacuum omnia molitur. ut hoc effugiat, et per consequentiam monstrum hoc orinde
aliquando existens reperiretur, nisi levia deorsum, gravia sursum protruderentur. Deo
natura utitur rerum mutatis hydrargyrum, aquam ac quoslibet alios liquores quo
tissime opus sit ad vacuum impediendum sursum impulsa in tubis retinet suspensa.
subsistens inquam, ut hac Peripateticorum sententia, quia falso innititur supposito,
siquidem natura, aut potius res naturales ut sunt elementa ... omni sensu
ac cognitione expertes nequeunt quidquam aut amore aut odio affectu desiderandum
prosequi, aut metu, seu timore percelli ergo natura, id est res naturales, negatur
nec odio vacuum prosequitur, nec illud timet. 2° dato hoc timore vacui innata
natura, quod tamen admittere est ridiculum: Hic timor (quaero) vel est vitabilis
vel non, 2um dicere nequeunt Peripatetici ne irrationabiles esse videantur, ergo est vit-
abilis, atqui hoc non est, ... ostendo, nam timor vitabilis est de malo imminenti,
sed in vacuo nullum malum subiret natura, eo minus quod non malum patiatur. Etsi
si tubus hydrargyro plenus illud in vas subiectum dimitteret, et ipsi interea vacuum
as quidem omni prorsus aere remaneret ego ingenue fateor, ignoro hoc malum quod
erat. itaque est mihi ab adversarijs quod si intendunt et forsan dubitans manum dare:
natura non timet vacuum. 3° si ex vacui metu in tubis ad triginta duos pedes
protrusam aquam ecce cur ad triginta duos pedes suspendit in tubis ad quadraginta
vel quinquaginta pedes protrusam, ad quadraginta vel quinquaginta pedes suspend-
eret, quia enim natura abhorret aequaliter in omnibus circumstantiis abhorret
nec insulse dicere velis naturam vacuum metuere in aliquibus subjectis aliqui-
bus non, sed aquam suadente experientia ad altitudinem maiorem triginta duobus
pedibus non suspendit, immo nec aquae in omnibus locis, ergo aquam ex metu vacui
suspendit. 4° dicere liquores suspensos manere ex metu vacui est assignare causam
finalem suspensionis non efficientem, ergo.

Corollarium 2um

Non minus a veritate aberrarunt recentiores dicentes liquidorum ascensum eorumque
suspensionem originem ducere a spiritibus mercurialibus in liquidis existentibus

qui valeret extractu distendarum, et tandem liquidorum suspensionem et elevationem
ad certum quendam spatium causare, et quidem si ex spiritum mercurialium tensione origi-
nem duceret liquidorum ascensus, et suspensio, ubi minus circumstantium corporum gravit-
ate premerent, ibi altius liquida suspenderentur, cum ibi minus medium ab evariendis
viribus suis, et sic altius ascenderent in montium verticibus quam in pedibus, cui experientia op-
positum docet ut ex experimentis factis in Arverniis montibus, ergo liquidorum ascensus, eorumque
suspensio ex spirituum mercurialium tensione originem non ducit. 2°. Mercurius est corpus videlicet
copiosioribus spiritibus mercurialibus abundans quam aqua, ergo ceteris paribus deberet iste altius
quam illa ascendere, sed hoc non contingit, ergo.

Corollarium 3um.

Nil melius de liquidorum suspensione sentire, qui hanc describere quibusdam funiculis pendentibus a summitate canaliculorum in quibus fuerit experimentum et aliquantibus ipsis Mercurium, enim 1° hu-
iusmodi funiculorum existentia videtur arbitraria dici potest nulli enim innixa fundam-
ento nullis experimento; 2° quare altius aliquando suspendunt liquida, aliquando minus. 3°
cur in tubis inflexis ad equilibrium suspensa videntur liquida heterogenea. ergo arbitraria
est horum funiculorum existentia, hinc ut et ratio suadeat et hoc experientia indicavit, con-
cludendum liquidorum ascensum eorumque suspensionem repetendam esse ab aeris gravitate aut
elaterio.

Quaeres 2°. quid sit Machina Pneumatica et qui eius usus.

R. ad 2um. machina Pneumatica cuius auctor dicitur fuisse Otho de Guericke Germanus patria Magdeburgen-
sis, officio consul, et quae ad varia experimenta adhibita fuit a Roberto Boyle patria Londinensi,
ex duabus potissimum partibus constat, nempe vase vitreo a b, quod excipulum seu recipiens appell-
atur, et antlia c f l g figura 8a.; recipiens a b habet in orbe gyro h i, cui adhibito operculo,
et mixtura terebinthinae, vel potius pelle vervecina madida ita connectitur, ut exterior aer nullum
pateat aditum: excipiente vero in antliam patet aditus per canaliculum b c, cui epistomium
insertum i, ut aditus iste pro libito claudatur vel aperiatur. Altera antlia, quae est huius machinae pars
principalis, habet pervium foramen e, quod valvula [illegible] occludit, embolus f ope manubrii g dentati

et rotula, seu cylindro l crenis excavato circumacti deprimitur. Saepe autem loco foraminis e, ut plurimum excavatum esse fissuram in epistomio d, quae duas canali-culo b c obvertitur, qua loca aeri, aut in antliam ingreditur, vel ab illa egreditur: Sed cum huiusmodi fissura in tabula exprimi nequeat, ut omnes explicatione per valvulam foraminis e agitatam, quae eundem omnino habet praestandum effectum; itaque tracto embolo aer ex recipiente vitreo a b per tubum b c irrumpit in antliam, dummodo recluso epistomio d ipsi pateat aditus, sed ubi intromittitur embolus, attamen clauso epistomio prohibetur aer ne ad recipiens redeat, per aperturam valvulae e exeundo. et ita exantlando toties iteratur donec recipiens a b omni fere crassiori aere evacuetur. Dixi omni fere, ne instituatur hic quaestione, utrum omnis, an fere omnis euntur extrahatur; nam quaestio inutilis esset, et plures habent adversarios, eosdem multis sustineant, quod penitus exauriri non possit, et aliquid aeris semper remaneat tam in recipiente, quam antlia, et haec machinae Pneumaticae descriptio. Loquendo vero de eius usu

Pº hunc multiplicem esse, ideoque ut certo ordine progrediamur, in primis ea exponam phenomena quae ad aeris pondus, et vim elasticam pertinent, aliquid deinde dicturus de aliis

1º quidem in hac machina embolus f si extracto aere crassiori ex vase deorsum protrahatur; exinde sibi relinquatur, magno impetu a subiecto aere repellitur, ac sursum fertur; quod minime contingit crassiori aere non extracto, cuius rei causa est, quia residuus aer minus ponderat, ideoque ipso cedente superat exterior impellens, et sic fit quod embolus deorsum protractus ad pristinum redeat locum. Si recipiens alterius figurae sit quam planae aut cubicae praeter quam rotundae, vel arcuatae, statim ac maior aeris portio est extracta, rumpitur: quod ex eo contingit, quia si recipiens alterius sit figurae, partes aeris illud ambientes se se mutuo in fornicis modum nequeunt sustinere, ubi se sustinent dum rotundum est vel arcuatum, unde toto pondere in planam eius superficiem incumbunt, et cum ab aliis aeris particulis nec internis nec externis liberentur, recipiens pondere franguntur. Haec in hac machina de aeris pondere cum dicto evidentia fiunt experimenta. — lactuca

2º in hac machina aere extracto sive vesicula pene vacuo collecta, intumescit quasi calamo infla

etenim tanta est vis aeris residui, ut obice externi aeris cessante se in magnam explicet molem.

4° aqua in hac machina posita aere extracto multas ex se bullas emittit, et eo maiores, quo plus aeris a recipiente fuit exhaustum; quia nempe aeris particulae in aqua contentae, quae prius ab externo aere pressae ad sensum non veniebant, in magnas ampullas vi elasticitatis dilatantur.

5° et hoc pro omnibus sufficiat: In hac machina experimentum faciunt, utrum aer artificialis sufficiat respirationi an non (per aerem artificialem intelligo aerem illum, qui effluit a fructibus, carne, et liquoribus in machinam inclusis naturali aere extracto, hunc autem aerem effluere a dictis rebus et passim observatum fuit et innuitur etiam ab ultimo adducto experimento, siquidem ego pro his effluviis intelligere aerem, qui compressus erat in dictis rebus, et ideo insensibilis, per bullas ad sensum se dilatavit) et negative resolvunt, siquidem araneus mus in vitreum recipiens aere tantummodo artificiali plenum iniectus statim fuit convulsionibus correptus, et brevi interiit.

Quaeres 3° quaenam sit causa mirabilis illius phenomeni quod in hac Pneumatica machina conspicitur, id est cur duo marmora tersa et levigata in machina suspensa non divellantur.

Resp. ideo duo marmora levigata pertinaciter sibi adhaerescunt, quia ex una parte nullus inter ea patet aditus aeri, et ex altera aer residuus in machina contentus sui sua elasticitate, quas redintegrare conatur; obstat, etenim marmor inferius descendere nequit, quia aerem comprimeret, aer vero magis resistit, quam ab incumbenti corpore premi possit.

Quaeres 4° quare globus cupreus sectus in duo emisphaeria, cuius diametrum sit ad duos palmos coniunctis emisphaerijs mediante cera, vel resina tenaciter, ne exterior aer ingrediatur, et ex inde ope machinae magis ebuccia aere exteriori quantum fieri potest evacuatus, ita sibi illa emisphaeria sibi cohaerent, ut a viginti ac vigenti equis hinc inde nitentibus in rectum divelli possint.

Resp. id unice provenire a gravitate aeris sphaerici illius incumbentis: Non enim in rectum divelli possunt globi emisphaeria, quin simul totus dimoveatur aer illius sphaerici immensus, qui cum in eadem premat omnes altitudines columnarum perpendicularium ad ultimam usque orbis aerei superficiem protensarum vehementissime premit, hinc ut divellantur emisphaeria tot equorum robur exigitur, minori enim non aequilibratur aer. Hic tamen adverte, quod ad dicta emisphaeria in obliquum divellenda non tanta requireretur virtus, cum aer non tanta vi prematur per has lineas.

Alia quamplurima optime sane hic examinanda occurrerunt, sed ab his subsidere dignum ad alia deveniamus id circo vidit.

Quaestio 3a

De extensione, et soliditate corporum

Nouerimus ex dictis q. 1a praesentis tractatus corporum extensionem, ex ipso dicere a naturali illa exigentia, qua quodlibet corpus naturaliter postulat habere partes extra partes, et hanc in nihilo alio consistere quam in actuali positione partium extra partes, ideoque ne stultè hic laborem consumar in huius corporum proprietatis explicatione ulterius non immoror, sed cum saepe contingat ut ante ipsis oculos nostris idem corpus modo magis, modo minus se se extendere, et consequenter modo maiorem modo minorem locum occupare, quod nos euenire dicimus ex corporum rarefactione, et condensatione, ante hic quaerendum in quo consistat hoc corporum rarefactio, et condensatio, ideo id etiam praestandum sit.

Articulus 1us.

De rarefactione, et condensatione corporum:

Rari, ac densi naturam optime explicauit Philosophus 4° Physicorum dicendo rarum illud esse, quod sub magnis dimensionibus parum habet materiae: densum vero, quod multum materiae complectitur sub paruis dimensionibus. Sed hic notatione dignum est 1° particulas parum et multum non esse absolute intelligendas, nimirum quod rarum materiam possideat minorem illa, quam densum dicitur, sed respectiue seruata in utrisque proportione. 2° nomine dimensionis venire maiorem, vel minorem loci occupationem, ita ut densum minorem importet loci occupationem, rarum vero maiorem. 3° nomine materiae non intelligi hic materiam 1am, bene vero 2am. 4° aliquid dupliciter dici posse rarum, vel densum, nempe vel per solitam naturae dispositionem, vel per chymicam extrinsecam: sic aer simplici materiae gradus per uim, et industriam agentis in reluctato Pneumatico condensatur: Aqua e contra ex se densa per ui caliditatis ignis impositi fit rara: 5° aliud esse aliquod esse rarum vel densum, et aliud esse rarefactum vel condensatum: 1us dicitur relatione unius ad alterum, sicut ad corpus, quod relatiue ad unum dicitur rarum, dici debeat densum si alteri comparetur. Sic spongia relatiue ad aquam est rara, sed si aeri comparetur densa dici debet: 2um idest rarefactum, et condensatum dicitur, quando aliquid non ex se rarum, aut

densus, sed fit dato opere, et industria in ... sic aqua non rarefit, sed rarefacta
dicitur quando in ignis partes illius rarefiunt et aer [illegible], condensatur quando
industria hominum in machina Pneumatica comprimitur. 6° rarefactionem et condensationem
duplicem esse, unam per stricte ac Philosophice, aliam paulo laxius, et vulgariter sumptam: 1ª
est dilatatio, ipsius ac solius materiei in spatium majus independenter à nulla materia extranea
adveniente ad illud majus spatium implendum, et independenter etiam à nulla interiacentium
pororum vacuitate, sed hujusmodi est illa, de qua fit sermo, et est naturaliter impossibilis: 2ª
est dilatatio materiei in locum majus, quod vel per se solam, vel per aliquid adveniens extrinsecus
vel per aliquam vacuitatem introductam extenditur. Hoc sic diximus de rarefactione, opposito
modo dicenda sunt de condensatione: 1ª enim condensatio est coarctatio eiusdem materiei
ad illius spatium occupandum independenter à nulla exclusione vacuolorum, et exclusione partium
corporis extranei illic inclusi: 2ª est coarctatio eiusdem materiei ad minus spatium vel
per exclusionem vacuolorum, vel per exclusionem partium extranearum. His positis de rarefactione, et
condensatione in hoc 2° sensu acceptis de quarum possibilitate minime est dubitandum, attenta
quotidiana experientia videmus eas possibilitatem, sed tantum superest inquirendo
in quo consistant

Assero rarefactio in partium disociatione consistit, ex qua fit ut plures superveniant [illegible] vel ab aliis
advenientibus corporibus impleri vel remanserit ex parte vacui: Et ex opposito condensatio con-
sistit in associatione partium, per quas fit ut vel excludantur vacuola, vel excludantur partes corpo-
ris extranei illic inclusi;

Probatur assertio quo ad utramque partem: Omnis rarefactio consistit in hoc quod singulae partes discedunt
à loco in quo prius continebantur, et ad ulteriores extendantur, ut manifeste in ebullitione illius partis
dicitur [illegible] partes inde suprema illius alterum occupant locum, quod [illegible] quod etiam evenit
in partibus inferioribus, sed hoc contingere nequit sine partium disociatione, ergo omnis
rarefactio consistit in partium disociatione: Probatur minor superficies penultima cocolati nequit
discedere à loco in quo est, nisi divellatur ab ultima, quamdiu enim continuo manet cum
illa, quae supponitur fundo vasis immobiliter adhaerentem, tamdiu in eodem loco consistet, que-
madmodum concatenatis duobus lateribus [illegible] superius nequit ab inferiori discedere, nisi ab
ipso disiungatur; quo contingere nequit in rarefactione, quod singulae partes discedunt à loco

in quo sunt, et ad ulteriora extendunt vi ne partium distractione. Probatur et aliam viam eamdem D. meam ostendo. distractio partium ab uno loco in ra-refactione ut ad ulteriora extendant, est vera motus localis, sed motus localis consistit in partium distractione, ergo rarefactio consistit in partium distractione. Minor est certa, quis enim non videt translationem supremae superficiei aquae ebullientis a medio circiter vasis ad summa labia esse motum localem. Maior quoque liquet considera-nti, quia. Si vero haec partium distractio importat plures et ampliores meatus, quos necesse est vel vacuos manere, vel ab advenientibus corpusculis impleri ergo rarefactio consistit in partium distractione, ex qua fit ut plures supersint meatus vel vacui in parte remansuri vel ab aliis advenientibus corpusculis imple-ndi. Ut ex opposito nulla condensatio contingere potest quin partes maius spatium occupantes ad minus se contrahant, sed omnis partium contractio ad minus spatium consistit in partium associatione, ergo omnis condensatio consistit in partium asso-ciatione, atqui partes distrahi et associari nequeunt quin vel occludant vacuola per quae distabant, vel excludant partes corporis extranei illic inclusi, ergo condensatio consistit in partium associatione, per quam fit ut vel occludantur vacuola, vel exclud-antur partes corporis extranei illic inclusae

Confirmatur dicta quando corpus rarefit occupat sensibiliter maius spatium, ut quando aqua antea quiescens in fundo cucumae excitata ab igne supposito assurgit usque ad labia et exundat, sed maior illa occupatio provenire nequit nisi a partium distractione, ergo rarefactio provenit a partium distractione. Probatur minor. innegabile est, partes super-ficiei aquae iam fere exundantis magis inter se distare, quam ante ebullitionem in par-tibus quae vasis fundum tangunt, sed non haec distantia partium aquae exundantis per quam fit maior illa occupatio provenire non potest nisi a partium distractione, ergo maior illa occupatio nisi a partium distractione provenire potest, etenim nisi in aqua quae rarefit, partes essent distinctae, aqua non intumesceret in bullas, unde nec ebulliret denominaretur, et sic nec maius spatium occuparet, si vero haec distractio partium

intelligi nequit sine poris, seu meatibus pluribus aut maioribus, quod rarefactio, per quam eadem materia maius occupat spatium, consistit in partium divisione, ex qua fit, ut plures reperiantur meatus aut vacui ex parte remansuri, aut ab alijs advenientibus corpusculis implendi. Et haec quae diximus de rarefactione, quam opposito modo militant de condensatione.

Objicies 1.° nulla est necessitas, quod rarefactio explicetur per partium divisionem, ergo: Probatur antecedens: vi qua est necessitas illa explicandi rarefactionem, maxime quia singulae partes per se naturaliter occupari non possunt locum solito maiorem, sed de facto singulae partes materiae per se naturaliter possunt occupare locum solito maiorem, ergo: Probatur minor 1.°: haec maior localis extensio est merum accidens, sed merum accidens potest per se variari invariata materia, ergo haec localis extensio potest per se variari invariata materia, sicuti enim idem corpus ipso invariato potest esse magis vel minus rectum, magis vel minus obliquum, magis vel minus deforme, aut pulcrum, ita etiam magis vel minus extensum: Probatur 2.° ad eundem modum res spirituales naturaliter occupant modo maiorem, modo minorem locum, et quidem sine partium divisione, ut pote non habent partes, ergo a fortiori res materiales quibus per se convenit extensio.

Respondeo negando antecedens, ad probationem 1.am maioris negando minorem, et ad 2.am eiusdem probationem distinguo maiorem: haec maior extensio localis est merum accidens, si pro accidente intelligatur accidentalis diversa partium dispositio, concedo maiorem; si pro accidente intelligatur entitas aliqua superaddita, nego maiorem, et 1.am minoris dist. consequens: haec extensio localis potest per se variari invariata materia, per id intrinsecum sui esse, concedo; invariata materia quo ad partium materiae dispositionem, nego consequens, et hanc eiusdem distinctionem adhibeo etiam adductis paritatibus. Non iuvant profecto adversarij, dum dicunt rarefactionem ideo a nobis explicari per partium divisionem, quia hac secluso nec partes locum solito maiorem occuparent, non sciunt, inquam, nam eadem corpus quod rarefit nullam de novo materiam acquirit per rarefactionem, aliter rarefactio esset augmentatio, non confun-dentur, et ex alia parte ad locum solito maiorem extenduntur, ad quem non extenderentur nisi rarefieret, dicendum venit rarefactionem explicandam esse per partium divisionem, sine enim ... in-ter se divisarum ad maius spatium pervenirent. Quod quidem fateor relate ad motum, debere acci-dens sive accidente provenire, si pro accidente intelligatur accidentalis [illegible] necessarium ... partium dispositio diversa, accidens enim est [illegible] quod potest esse et abesse relate ad quam aquam ebullitio, per quam aqua rarefit, non ex inde nego rarefactionem accidens esse, si pro

accidente intelligatur entitas aliqua superaddita corpori quod rarefit, etenim de rare-
-factione est quidem quod corpus extendatur, sed idem, et eadem tantum materia perseuer-
-ante, uti idem, et eadem tantum perseuerante materia idem corpus potest esse magis
uel minus rectum, aut obliquum, magis uel minus pulcrum, aut difforme, quia huius-
-usmodi accidentia unice pendent a diuersa partium situatione, ita et in casu nostro
-de 1a hac paritas mihi potius quam Aduersarijs fauet. Ad 2am 1æ maioris probatio-
-nis 1° ante Nº concedo. Deo substantiae spirituales modo magis modo minus locum
occupant, etiam sine dissitatione partium, quibus ut bene dicitur; carent, quia eam-
-dem localis extensio pendet ab intrinseca earum actiuitate qualem modo tenuiorem,
modo ex parte tantum exercent: substantiae uero materiales id minime praestare absque
partium dissitatione possunt, etenim localis earum extensio oritur a uirtute sed
a mole, quae inuariabilis semper perseuerat, oportet perseuerante eadem partium dissi-
-tatione, quare nil omnino nos urget paritas; immo hoc pacto contra Aduersa-
-rios retorqueri potest. Licet substantiae spirituales intra sphaeram earum actiuitatis
magis, minusque se localiter extendere ualeant, illam tamen ne minimo quidem loc-
-ali interuallo praetergredi possunt, quia tantum, et non ultra est earum actiuitas,
ergo nec res materiales locum naturaliter proportionatum earum moli, iuxta quam illis
debita localis extensio, possunt naturaliter excedere, praesertim quia si ipsis est
connaturalior extensio connaturalior ipsis etiam esse debet limitatio extensionis;
unde si hanc extensionem dum rarefiunt excedunt, non ideo excedunt quia moles
habet hanc se extendendi actiuitatem, illamque partium componentium dispositionem,
sed quia partes molis dissitae; ergo.

6 Dices 2°. aqua non est praesertim rarefacta est dicenda, cuius partes sunt magis dissitae,
sed hoc est falsum, ergo, et probatur minor subsumptum: cum aqua ex eo ex alto prolab-
-itur in ualles obuias, in quas praecipitatur, cum profluendo eius partes inaequabiliter tenduntur
inter se dissitae, sed per hoc aqua illa dici nequit rarefacta, quemadmodum dici
nequit rarefacta aqua illa, qua utimur ad irrigationes uiridariorum, cubiculorum,
irrigationes, manuum ablutiones, ergo dici nequit praesertim de aqua rarefacta

cuius partes sunt magis disiunctae; rarefactio est in sola partium disiunctione
abundans est, alioquin omnis separatio, omnisque dispersio esset rarefactio: et haec quae
de rarefactione dicuntur, eadem ad opposito modo dici debent de condensatione, quae
in sola partium coaptatione collocanda videtur, alioquin omnis compressio omnis
approximatio dici deberet condensatio, et sic duo homines proxime accedentes ad collo-
-quendum dicendi forent condensati; [illegible]

Sed contra dicitur: contingit aquam et cuius partes sunt magis disiunctas amittere illam
denominationem totius in corpore rarefacto, et contingat aquam cuius partes sunt ma-
-gis disiunctas, per disiunctionem tollitur denominatio totius in corpore rarefacto a[illegible] dis-
-iunctae sic distincta [illegible] et [illegible] iuxta [illegible]
-tis quae sequuntur. Non contendo ergo rarefactionem perfici per quamlibet partium disiunc-
-tionem, sed per illam quae posita adhuc remanet denominatio totius in corpore rarefacto, videlicet
illam partium disiunctionem, quae contingit in aqua dum fervet et in bullas assurgit, quo in casu
aqua videtur rarefieri, et tamen remanet sufficiens cohaesio partium aquae, ideo ut aqua illa
adhuc denominari possit quid totum et quidem illud idem quod antea erat. Pariter non contendo
condensationem perfici per quamlibet partium coaptationem, sed per aliquam determinatam, qualis est illa quae eiusdem corporis poros restringit, et a restrictione agit
partes illius ad se invicem accedere. In quibus ideo aquam per evaporationem, dispersionem,
et ablutionem dispersam non esse dicendam rarefactam, quia amisit rationem totius, et hic in
casibus non tantum per poros partes disiunctae remanent, sed maximis etiam intervallis tollen-
-tibus omnem continuitatem et cohaesionem separatae ex[illegible] sunt. Loquendo vero de
condensatione, ideo homines per mutuum accessum seu coaptationem minime dicuntur
condensari, quia non servant conditiones assignatas pro condensatione, quae sunt vel ut sit
coarctatio eiusdem corporis ad minus spatium, vel per occlusionem interiacentium
vacuolorum, vel per exclusionem partium extranearum, quare nullus est momenti instantia.

Obiicies 1°: melius explicatur rarefactio, itemque condensatio recurrendo ad solam quantitatem mutatam,
vel dispositionem quam a quovis alio, [illegible] probatur: nam 1° quantitas est id quod sensibiliter
mutatur in rarefactione itemque et in condensatione [illegible]: 2° ad explicandum novam albedinem
incrementum in pariete unice adducitur albedo quae adiungitur, et ad decrementum separatam

albedo que subtrahitur, quare etiam id explicandum augmentum vel decrementum extensionis localis in corporibus unice est addenda quantitas aucta vel diminuta.

R.º n. ans. tantum enim abest ut melius rarefactio, itemque condensatio explicetur per quantitatem auctam, vel diminutam, ut si hoc modo explicetur, explicetur idem per idem, nam rarefactio per Adversarios nihil aliud est quam maior eiusdem rei extensio, condensatio, quam minor eiusdem rei extensio, rursus autem extensio nil aliud est, quam rerum quantitas, ergo si extensio explicetur per quantitatem, explicatur idem per idem: Et de facto si interrogentur Adversarii quare hec est magis extensa, respondere nequeunt, nisi quia est magis quanta, quod si de novo interrogentur quare est magis quanta, quia est magis extensa, ergo si extensio per quantitatem explicetur, explicatur idem per idem, quod reiiciunt contra Philosophorum regulas, contingent ad aliquod a quantitate distinctum esse recurrendum, nimpe ad partium distinctionem. Ad 2.am probationem concesso ante n. cons. quidem quantitas est id quod sensibiliter recurrit in rarefactione et condensatione; sed in quo consistat hec quantitas, hec extensio maior vel minor hoc est quod quaeritur, donec solida afferantur fundamenta in distinctione vel assotiatione partium consistere. Ad 3.am dicto ans. ad explicandam albedinem adducitur albedo in concreto, ans. in abstracto n. ans. et arguitur. Albedo in pariete intenditur per albedinis abstractae additionem, vel per additionem alias vel altioris magis albicantis, ita si valet paritas adducta pro nostra in 2.a sententia valet, quia negant posse quantitatem sive augeri, sive renovari quin augeatur, aut renovetur materia, modo quo nec augetur, nec renovatur albedo parietis nisi per additionem, aut renovationem alicuius a ...

Insuper: ratio occupandi locum est ipsa quantitas, ergo maior localis extensio, qualis habetur per rarefactionem esta maior quantitate, et minor qualis habetur per condensationem est a minori quantitate. Probatur consequentia: non stat occupativum ... et absolute haberi, aut in mutabilitate, aut magis vel minus occupativum non haberi a maiori vel minori immutabilitate: Non stat esse mensurabile quantitatis effectum, et esse magis vel minus mensurabile non haberi a maiori vel minori quantitate. R.º forma quia non esse, dabilis maius

per eius incrementum, et minus per eius decrementum; 1° si per quantitatem habetur
extensio localis, nam localis extensio est a nostra quantitate, ut admittis. 2°
Ad contra 2° rationes in illustrissimo hic disputatione 4a quaestione 5a numero
28°: Etenim substantia corporea habet ex se rationem occupandi locum,
sive et dimittit sibi ... habendi partes, et a quantitate
habet quod actualiter impenetrabilis sit, seu per actualem exclusionem aliorum corporum
ab eodem ubi locum occupet. 2° dato ante n° consequens. Si quidem non quantitas
stat absque mala materia, aliter vel diceretur, quod partes magis disjunctas possit
possit extendi, vel applicatas partes quantitatis posse invicem penetrari ex non quantitas
non stat nisi cum materia, aliter quantitas vel magis posse extenderetur, vel ab ea tota
materia videtur quantitas.

Ad 2am consequentiae probationem assigni disparitatem: Dico esse magis generalem, habet in nostra imm-
-utabilitate, quia non datur aliud principium unde haberi possit magnitudinis incrementum:
At in casu nostro extensionis incrementum, vel decrementum aliunde haberi potest, nimi-
-rum ab approximatione vel distractione partium, unde nullus erit quantitatem recurramus
maxime propter ista adducta fundamenta.

Ad 3am consequentiae probationem insistendo principiis magistri n° supposito: Etenim mensur-
-abilitas non a quantitate provenit, sed ex natura a re corporea, quae postea exigat esse,
et tot partes, et quidem sic, et sic dispositas, per consequens extensionem reddi ... ex se
mensurabiles simpliciter, cum vero hae partes magis, et minus possint esse inter se
associatae, vel distractae, ex mera illarum associatione vel distractione redditur magis vel
minus extensa, vel si vis liberalitatis gratia, et mensurabilitas esse effectus quantitatis ...
-tatis, 2° non mensurabilitas est effectus meae quantitatis. 2° consequentiae, quia ad
augmentum quantitatis non augetur materia, ut qui mala in rarefactione non augetur:
1° nec quantitas, 2° nam localis extensio in rarefactione non est desumenda a mea
quantitate quae ibi necessaria, nec esse poterit, tam quantitatis proportionem materiae, sed a recu-
-rendum est partium distractionem.

Ad 3am consequentiae probationem insistendo pariter principiis illustrissimi, quae verosimilia magis mihi
videntur, et totam extensionem movendo dumtaxat adversariis, quod probantes esse suppositam
quantitatem esse causam extensionis simpliciter, et si probarent adducta ... edissi...

maij causat esse quantitatis aumentum cum hoc propter dictas rationes sit impossibile incurrit data mata id circo in forma dico anj forma que debet esse dat etiam maius esse per eius et mata incrementum 10 anj solum per eius incrementum predicta quo dicens possibile mata non mota ic si esset possibile nt anj et coniugat forma ordine ad matam matam respicit et ab illa respicit unde requit unum alterum incrementum suscipere quod argumento consimili illi Adversariorum sic dico: forma respicit matam et respicit forma partes extensionis respicit matam similiter partes extensionis que etiam simpliciter respiciunt inter se respiciunt etiam 2us magis et minus sed mata que in se recipit aumentum non suscipit ergo neque forma dicitur quantitas

Obijcies 3o cum Canali disputatione 3a de alteratione q. 4a c. 6o: Raritas et densitas sunt per se 1o tangibilis sicuti asperum et lene, calidum et frigidum ergo sicuti ob hanc rationem 4o ii 2a pertinent ad speciem qualitatis ita et illa duo priora.

R: ic anj, et n. consequentiam quia etiam peccat supponendo, quia n. 1us duas partes scilicet lenitas et asperitas ut bene notat etiam Mastrius Somo 3o disputatione 4a de rarefactione et condensatione q. 4o ubi sunt enumerandi int. et quantitatis nam mutationem nil aliud dicunt et uterque verbis Doctoris partes quantitatis vi 10 sed dispositas ex de facto Aristotelis 5o Metaphysicorum ubi erat proprius locus asperitatis et lenitatis mentionem non facit, sed unice qualitates dividit in habitus et dispositiones in naturales potentias et impotentias, in passiones et passibiles qualitates, in formas et figuras, hanc autem nota, per formas non intelligi quid a figura distinctum immo ut ait Cibaus Mastrius q. 5a A. 2a in predicato qualitatis Hoc habet rarum ... et spissum, et asperum, et lene ... quod est quale quod significare sit aliquo huiusmodi ... esse a divisione que circa quale est, quoniam enim positionem magis videntur importare partium, spissum ... dicitur

eo quod partes sibi ipsis propinquae sint, rarum eo quod distent a se invicem; sed leve quidem, quod in rectitudine est aliquo modo partes iaceant, asperum vero quod hae quidem partes superent, illae vero inferiores sint. Haec non ideo asperitas et lenitas sunt tangibiles quia ad qualitatum speciem pertinent, sed quia ad res corporeas sic et sic dispositas consequuntur. Item in raritate et densitate, ideo sensu tactus perceptibiles sunt, quia qualitates cum tales de facto non sint, sed quia ad res corporeas spectant, quae cum tangibiles sint et quid tactile est in se, ex eo quod aliquando habeat partes associatas, aliquando distractas, illas tangens tactus percipit et earum dissociationem et associationem partium, id est raritatem et densitatem, quin sint qualitates, eo modo quo in tabula tangitur scissura, quae tamen qualitas non est.

Art.us 2.us

An corporum soliditas talis sit ut nullo modo duo corpora esse simul possint in eodem ubi.

Catholicum profecto non latet corporum soliditatem non esse talem ut eiusdem speciali interveniente divina dispensatione non possint duo corpora simul reperiri in eodem ubi; siquidem [illegible] duorum corporum plura habemus exempla in sacris litteris; etenim Christus Dominus, ut unanimiter docent SS. Patres, illibato Virginis claustro utero ab illo natus exivit, sepulcro clauso a mortuis resurrexit, et ianuis clausis ingressus est ad discipulos in cenaculum, ut refert Joannes c. 20 his verbis: Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum, et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus et stetit in medio. Ad quae respiciens ex [illegible] Hugo Grotius in haec etiam verba: subito inter eos adstitit ita ut qua venisset nemo videret. Et D. Augustinus sermone 155, et 156: Ille quippe, inquit, ad eos ostiis clausis intrare potuit, qui nascendo virginitatis claustra inviolata permansit; hic si ratio quaeritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus Deum aliquid posse quod nos fateamur investigare non posse. Haec vero si soliditas uteri virginalis, sepulcri et ianuarum talis est ut impediret Christi corpori transitum eodem tempore in eodem ubi fuit Christi corpus, et uteri Virginalis, sepulcri et ianuae [illegible] potentia [illegible], dubitandum non [illegible] est, quod corporum soliditas sit talis ut [illegible]

impediat duorum corporum coexistentiam sive eodem ubi, id circo dubium silum reducitur, utrum naturaliter id dici possit nec ne, pro quo

Conclusio: Corporum soliditas talis est ut nullo pacto naturaliter loquendo duo corpora possint simul in eodem ubi reperiri.

Probatur: quodlibet corpus naturaliter exigit extensionem soliditatis corporum soliditas talis est ut nullo pacto naturaliter loquendo duo corpora possint simul in eodem ubi reperiri: ... [illegible] ... Etenim quae naturaliter exiguntur naturaliter impediri minime possunt. Nullum enim est vis in natura contra naturam ut experientia magistra docemur etiam in casu usque quotidie constat corporum ... [illegible]

Obijcies experientiam suadentem quotidie contingere corporum ubicationem in eodem ubi: quod probatur 1° in eodem vase aqua pleno plures ubicantur nummi, quin aqua redundet. 2° in vase cineribus pleno tantum aquae continetur quantum contineretur si esset vacuum. 3° in eodem ubi simul reperitur et lumen corporeum. 4° aer vi ... ubi quodlibet corpus reperitur, quae experientiae suadent quotidie ... corporum coubicationem.

Respondeo negando antecedens, et ad 1um experimentum dicitur antecedens in eodem vase aqua non perfecte pleno est, perfecte pleno non. Vasa dum aqua implentur, vel etiam quolibet alio liquore ob eorundem liquorum ... numquam sunt perfecte plena. Hinc est quod si dextre nummi singulatim injiciantur, ita ut in aqua nullum motum aut ... parum concipiat aqua ... superficiem ... ob ... et huius responsionis veritatem ex eo colligere poteris, quod aqua aliquibus immissis nummis redundet, si alios injicias. Ad 2um negatur tantum aquae contineri in vase cineribus pleno, quantum continetur in vacuo, dum modo aqua impleatur ... Verum quod ... differentiam ... indicare ... aliquo ... bilis dat. Unde autem contingat cineribus plenum notabilem aquae quantitatem continere, scias id provenire ex maximo numero pororum inter ... cineribus implentur, facile tamen aqua ... illis ... Ad 3um

suppositis quod lumen sit vere corpus, ac de quo hic disputamus, nolo dicere lumen ...
in ubi alterius, sed in illius poris ubicari. Ad 4um dico nervos non compenetrari cum
corporibus, sed cum fluidus sit, et maxime tenuis, aliis corporibus tenuissimus omnibus alte-
-rare corporibus, et in illorum meatus se adire, subire, ex quo nullum contra ...

Q. 4a

De Loco, et vacuo

Art. 1us

Explicatio ad locum pertinens.

De loco acturus paucis me expediam, ut alia magis momenti quaestionibus longius ... Locus igitur distingui solet in internum, et externum. Internum est spatium illud quod a corpore repletur; externum autem locus is solus est, qui ab Aristotile diffinitur: superficies concava corporis ambientis, et locatum continentis. Plurimi tamen fortasse levius distinguunt idem dicere de spatio in absolutum, et relativum. Locum absolutum dicunt esse illud primarium est ea pars spatii immobilis permanentis, et undequaque expansi, quae a corpore locato occupatur. Locum relativum dicunt esse secundarium, et apparentem, ille est sensibilis, quia a sensibus nostris diffinitur in situ ad alia corpora. Cum enim spatium sit velut res quaedam similaris, et uniformis, eius partes videre nequeunt, et per sensum a se invicem distingui, ideo convenit ut corporis loca referantur ad alia corpora, et per distantias, et positionem ad alia ista corpora determin-antur; sic sinamus ex. gr. aliquem sedere in quodam angulo domus, illius locus diffinietur per distantias, respectus, et positiones, quas habet ad alios angulos, parietes, et corpora circumstantia, quae tanquam immobilia spectantur; et quamdiu quis eundem situm, et dist-antias ab his corporibus servat, tandiu videtur manere in eodem loco. Sic cum aliquis in navi sedeat, sive quiescat navis, sive moveatur, quamdiu eamdem servat distantiam ab omnibus navis partibus, quae tanquam quiescentes spectantur, idem semper manebit illius locus relativus. Sed vero spatium absolutum illud est, quod in rerum natura

diversa relatione ad quodcumque extrinsecum semper maneat immobile relatiue scilicet
quod ad corpora quaedam refertur per quae describitur et mensuratur, nempe cuiusque
ad corpora illa eandem semper seruant positionem et situm, et quamuis distan-
tiam eandem semper perseuerat. Hic tamen refert ad idem esse spatium et locum: spatium
enim dicitur sonat ac capacitatem, et diuiditur in plenum et inane, seu uacuum. Ina-
ne dicitur illud quod actu nullum corpus continens aptitudinem dicitur ad quodlibet con-
tinendum. Plenum uero uocatur illud in quo actu corpora locata sunt. Locus autem
dicitur illud spatium in quo corpus aliquod habet suum ubi circumscriptiuum a super-
ficie corporis illud ultimo ambientis. Hinc

Corollarium 1.um

Locus idem est ac spatium plenum, et e contra.

Corollarium 2.um

Spatium se habet ad locum tanquam genus ad differentiam.

Articulus 2.us

Unde desumendi sint termini loci

Assertio. Termini loci (sermo est de loco externo) desumendi uidentur ab ultima superficie supremae
sphaerae caelestis.

Pro intelligentia assertionis praemonendum est nos uelle locum externum diuidi in communem et proprium;
locus proprius est illa superficies concaua immediate continens corpus, illudque immediate
tangens, ut aereo uas respectu aquae intus contentae dicitur illius locus proprius: com-
munis uero est superficies continens, sed non immediate tangens; sic hac schola est
locus nobis omnibus communis continet quippe nos omnes sed non omnes immediate
tangit. De loco in hac 2.a acceptione assumpto procedit assertio, quae

Probatur. Termini loci externi communis desumendi sunt ab illius corporis ultima superficie
intra quam omnia continentur, ut per se liquet, at qui illud intra quod omnia
continentur est ultima superficies supremae sphaerae caelestis nam ultra supremam
sphaeram nihil datur intra quod corpora contineantur, ergo termini loci externi communis

dimmendi, videntur et ultimae superficiei supremae sphaerae caelestis. Aristoteles

Quaeres 2° an ultima superficies supremae sphaerae caelestis sit in loco:

R: esse in loco interno, eiusdem scilicet ipsa spatium sibi correspondens repletum, non vero in loco externo, quippe ultima superficies supremae sphaerae caelestis a nullo alio corpore ambitur; [illegible] continetur.

Quaeres 3° an ultra, seu supra ultimam superficiem supremae sphaerae caelestis adsit aliquod spatium, sive plenum, sive inane.

R: nullum de facto adesse spatium plenum, nullum enim, in quantum scimus, ibi corpus adest. 2° si sermo sit de spatio inani relativo nullum pariter ibi inane spatium reperiri, cum ubi nulla sunt corpora, ibi neque ulla relatio ad corpora adesse possit. 3° si sermo sit de spatio inani absoluto nullum similiter ibi inane spatium inveniri, siquidem nullus ibi datur respectus ad corpus, nisi forte dicere velis ibi dari spatium immaginarium.

Quaeres 3° quid sit spatium immaginarium

R: iuxta explicationem superiorem, nihil immaginationi succurrit quam nisi spatium reale extrinsecum, in quo corpora recipiuntur, esse vacuitatem quandam immaginabilem [illegible] quam si repleret, varia [illegible] per diversas figuras repleret, et in hac vacuitate consideramus longitudinem, latitudinem, et profunditatem, et [illegible] quaedam fixa in ordine ad quae [illegible] et metimur distantias corporum. Itaque spatium immaginarium nil aliud est quam obiectiva possibilitas corporum conceptorum sub ratione extensi trinae dimensionis cognoscibilis, et indeterminate. Hinc habes 1° non esse aliquid reale. 2° in spatio immaginario Deum adesse, nihil enim realiter esse potest in illo quod realiter adsit.

Quaeres 4° ante mundum conditum quid aderat hic ubi est mundus, et si mundus destrueretur quid adesset hic ubi est mundus.

R: ante mundum conditum hic ubi est mundus, et si mundus conditus destrueretur hic ubi est mundus nil aliud fuisse vel futurum praeter obiectivam possibilitatem corporum trinae dimensionis, sed ad quid hic immoror

Articulus 4

De vacuo

Per vacuum intelligendum venit locus in quo nullum omnino sit corpus. Dividitur vacuum in vacuum creatum

et disseminatas: 2.º est notabile spatium omnis omnino corporis expers: 3.º
sunt spatiola quaedam dispersa per corpus omni corpore vacua. Hoc posito
quaerunt Philosophi quid de utriusque possibilitate, et existentia sit sentiendum,
pro quo sit

Sectio, et Assertio 1.ª

Naturaliter induci potest vacuum coacervatum mediocre. Sub hisce terminis assertionem posui, ut brevius rem perficiam per unicam conclusionem, inquam coacervatum, ut disparatum[illegible] vacuum etiam supernaturaliter excludentes velut chimeram, ut materias formas Peripateticos, quod de facto quodlibet vacuum, vel minimum negant, ita eius productioni Deo vacuum inducendi facultatem concedunt dixi in assertione: mediocre: non quia dubitem vacuum amplum induci non posse ab agente naturali, sed unice quia sub expositis terminis, facilius huius veritatem ostendere possum, quod [illegible] pro sto-

In Machinam pneumaticam abrepto embolo f aer ex recipiente vitreo a b per tubum b c irrumpit in antliam e f l, recluso epistomio d, ex intromittitur embolus, et in ea- areo epistomio prohibetur aer ne ad recipiens redeat, per apertam valvulam e exit, et si iterum trahatur embolus digito clausa valvula e, aer qui in recipiente vitreo remanserat, iterum per tubum b c irrumpit in antliam, quia facto ibi vacuo epistomi- ium, et remoto digito denuo intromittatur embolus, aer qui a recipiente irruperat in antliam exit per valvulam e, et si hoc iterum atque iterum repetatur, ita ab aere exhauritur recipiens vitreum, ut si quae immittuntur animalia ex aeris defectu moriantur, lucernae ardentes intra unum aut alterum minutum extinguantur, ignis carbones perfecte [illegible], vesica pene vacua collo illigato intumescat adeo ut aliquando dirrumpatur, quemadmodum constat ex experimentis saepius et pluries repetitis a Roberto Boyle. Et tunc sic argumentor: Aer qui a devorante praedicta machina in recipiente vitreo habebatur, partim extra expulsus, impleret non naturaliter corporum compenetratio, ex alia parte per praedictam [illegible] -tas si non totus aer extrahitur, ut valde fieri posse Joannes Baptista Du Hamel tomo 4.º tractatu 2.º Physicae generalis c. X.º, valde notabiles [illegible] alia [illegible] consequenter adeo effectus, et qui si aer in recipiente existens

habebat partes extraneizatas, et per praegelatam actionem non totus aer saltem notabilis
portio educta fuit, per hanc actionem induci potuit vacuum si non quo ad totum
recipiens, saltem quo ad magnam eiusdem recipientis partem. 2º per praegelatam acti-
-onem induci potest vacuum si non quo ad totum recipiens saltem quo ad
magnam eiusdem recipientis partem, sed hoc esset vacuum coacervatum saltem
mediocre naturaliter inductum, ergo naturaliter induci potest vacuum coacervatum
saltem mediocre. Probatur 1º minor quia de caeteris propositionibus nulla subesse pot-
-est difficultas: si aer in recipiente adductus habebat partes extraneizatas, et per praegela-
-tam actionem non totus aer saltem notabilis portio educta fuit, locus correspondens
partibus eductis remansit omni corpore vacuus, ergo per eandem actionem [illegible]
2º si aer in recipiente eductus habebat partes extraneizatas, et per praegelatam actionem non
totus, saltem notabilis aeris portio fuit educta, per praegelatam actionem induci potuit
vacuum, si non quo ad totum recipiens, saltem quo ad magnam eiusdem partem.

Dices 1º adducta experimenta nil probant. 1º: Probatur antecedens 1º per praegelatam actionem [illegible]
aeris pars exugitur, totus extraneizatus [illegible], neque [illegible] animalia, neque caetera
experimenta omnino contingunt ratione defectus totius aeris, sed sufficientis, ut quamvis
non totus aer extrahatur, non inducitur vacuum neque quo ad minimam recipientis partem. 2º
Probatur, nam modicus ille aer remanens ita a natura rarefit, ut totum occupet recipiens.
3º: Probatur 1º [illegible] totus aer extraheretur, non inde sequeretur vacuum. 2º
probatur, nam extracto omni aere a recipiente per illas [illegible] aer [illegible],
id est [illegible], sed aether [illegible] non sit ad respirationem idoneus, tamen [illegible]
-dus, ergo etiamsi totus aer extraheretur, non inde sequeretur vacuum.

Sed contra 1º antecedens, ad cuius probationem [illegible] Joan. Bapta. [illegible] negare [illegible]
1º [illegible] transmissio [illegible] modicum aerem remanere in recipiente
vitreo post praegelatam actionem, sed hoc non obstante necesse est vacuum dari, nam modicus
aer ille residuus nequit ita rarefieri, ut totum occupet recipiens absque vacuo intri-
-cato inter partes eius dilatatas, etenim rarefactio non aliter fit quam per disgregationem
partium, in quarum plures ac maiores consequenter pori, vel ab aliis corpusculis [illegible]
remanent ad vacuum efficiendum. Ad 2um antecedentis probationem [illegible] probatum
nullo enim fundamento hic aetheris [illegible] ab adversariis [illegible]

sic pluribus ostendit rationibus et 1.º quidem si recipiens esset perinde ut plumb-
-eum profecto non haberet poros adeo patentes, ut tam facile posset aether saling-
-redi; sed cum meatus essent obliqui, et intorti, ac directi, et inscisi di [illegible]
etiam est, et plumbum instar corporis perlucidi, puta vitri liceret quod tamen
est falsum, ergo valet si in hoc casu vacuum. 2.º si recipiens uti fieri facile
potest, crassissimis tubis linitur et circumquaque tegitur omnis [illegible]
genere, profecto aether quantumvis subtilissimus penetrare nequibit, ergo
saltem in hoc casu vacuum. 3.º si aether per poros recipientis subingrederetur
cur tantum Artifices difficultatem patiuntur in retrahendo embolo operi mo-
-dato machinae cum tamen necesse sit fatigari magis in 4.º ductu, quam in 3.º,
magis in 3.º, quam in 4.º, ergo de facto aether non subingreditur, nam si ita supera-
-nit nulla mora superesset difficultas in retrahendo embolo. 4.º idem expe-
-rimentum hoc fieri posset in locis humilibus et humidissimis, immo etiam in
aqua, sed hisce in casibus nullus tamen sane pateret aditus aeri subtiliori, seu
aetheri, ergo in hisce saltem casibus necesse includendum vacuum.

Dices 2.º naturaliter fieri nequit ut occludantur rimae omnes, quae sunt inter recipiens,
et orbem aeneum, inter recipiens et annulum aliquem inter recipiens de materia imbu-
-tum, ut ea istas ingrederetur aether ergo quamvis omnes recipientis pori essent
clausi, adhuc ingreditur aether, ergo non datur vacuum.

℞. Sed contra n.º nam si etiam aliquae superessent rimae, aer modicus extrai posset a recipie-
-nte machina pneumatica vel quartam partem extraheret. tantum subingrederetur
et sic non haberentur intentiones nec sequerentur adducti effectus de morte animali-
-um de extinctione candelae, de perforatione cavitatis [illegible] et de vesicula intume-
-scente et rana a quam a sensu [illegible] difficultas illa emboli detrahendi,
si aether tam facile rimas illas penetrat an non constat experimento quod
si embulus non sit coaequatus, aut si aliqua ex parte non subingrediatur,
facilime retrahitur embulus, ergo dum aliquando intro valde notabilis diffi-
-cultas superanda adest in illo retrahendo, signum evidentissimum est aerem
nullum neque subtilem penetrare posse.

Obijcies 2.º dubia adest vacui periculum naturæ totis viribus resistit, ne illud inducatur; ergo vacuum naturaliter induci nequit, quod a nullo agente naturali induci potest, quod totis naturæ viribus resistere valeat, eiusque nisum superare, probatur itaque ans: dum adest periculum inducendi vacuum in aliquibus [illegible] cuiusque sit cineris, aer pondere suo superficiem illius vasis premit, et nititur ad ingressum, ad quem non tantum in una parte superficiem premit, sed undique, sursum nimirum et deorsum, a dextris, et a sinistris, ante, et retro circulariter, et oblique, ubique [illegible] adæquate extendum non tantum aerem proximiorem premere, sed totam aeris massam, quin immo totam massam aquæ concurrere ad hanc pressionem, quin immo [illegible] aeri contiguam [illegible] nisum aeris; ergo dum adest periculum vacui naturæ totis viribus resistit, ergo nunquam naturaliter dari potest vacuum.

R.º n.º ans. eiusque probationem, nam resistentia ista, sive [illegible] nisus [illegible] nisi a aere proximiori ponderante ut obtineat contiguitatem; sed huic aeri ponderanti aliud præponderans corpus obijci potest, nam quia [illegible] quod [illegible] a b perpendiculariter erecta, cuiusque tubus c figuræ nonæ sit a parte superiori [illegible] omni spiraculo, omnique rima [illegible] occlusa, iam evidens est nihil retractioni embuli obstare præter aeris columnas perpendiculariter incidentes, quæ pondere suo embolum premunt, etenim non opinor aer ille, qui Italiæ, vel Hispaniæ, vel Germaniæ incidit impedire posse retractionem embuli hic [illegible]; sed vero pondus illius aeris perpendiculariter incidentis a corpore præponderante vel ab agente naturali vinci potest, immo etiam ab unico homine vincitur præsertim si ars adhibeatur ut notavit experientia eruditissimus [illegible] vir omni laude dignus in præfatione libelli de gravitate aeris, et liquorum æquilibrio. Unde etiam si totus aer undiquaque premeret, ista pressio non esset superanda, prout difficultatem induceret, pro extrahendo embulo a syringa ex vacuo est, quia tota vis, quæ hic superanda occurrit est pressio, et vis columnæ aeris directe, ac perpendiculariter prementis, nam laterales columnæ aeris potius vim pressionis infringunt, quam augeant, etenim laterales columnæ, quamvis et ipsæ ponderent, sustinent directam. Ergo tandem non desumitur hæc totius naturæ revolutio ad vacuum impediendum. [illegible] vacuum [illegible] Horrent vacuum quilibet annos hos, a [illegible] locutiones. [illegible] malo.

quod imminet naturæ. R. Sed quæro quid naturæ hoc malo [illegible] grande quod pati-
-eretur natura, si daretur vacuum in recipiente Machinæ Pneumaticæ, ut
tota sit in motu ad istud impediendum. Ergo ridiculum est asserere naturam
totis viribus resistere ne vacuum inducatur. 2.° de facto nil obstat quin inducatur
naturaliter possit. Consule dicta Corolario 1.° Q.nis 2.æ A.° 6.° tractatus 2.i
Physicæ generalis.

Objicies 2.° agens naturale immo omnia simul sumpta, et collectis viribus nequeunt ope-
rari contra naturæ ordinem; atqui etiam in parvo tubo vacuum inducere est
operari contra ordinem naturæ. Ergo omnia naturalia agentia etiam simul
sumpta, et collectis viribus nequeunt etiam in parvo tubo vacuum inducere.
Ma. est certa, siquidem ad hoc præstandum requiritur miraculum, quod est res
omni naturali virtuti superior. Mi. probatur: Ordo enim naturæ, sive potius
a Deo constitutus est ut omnia corpora sint contigua. Ergo

R. 1.° per instantiam. Ergo omnia agentia naturalia etiam simul sumpta, et col-
-lectis viribus ne minimum quidem virgultum possunt incurvare, aut saxum proji-
-cere vel spongiam comprimere, et probatur. Omnia agentia naturalia etiam
simul sumpta, et collectis viribus nequeunt operari contra ordinem naturæ,
sed virgultum incurvare, saxum sursum projicere, spongiam comprimere est
contra naturæ ordinem; virgultum enim ex natura naturæ ordinem habet ut sursum
recto tendat, saxum deorsum, spongia ut poros habeat dilatatos; ergo omnia
naturalia agentia etiam simul sumpta, et collectis viribus ne minimum quid-
-em virgultum possunt incurvare aut saxum sursum projicere vel spongiam comp-
-rimere. Dicant nunc Adversarii ut [illegible] [illegible] dispa-
-ritatem. R. 2.° in forma dist. ma. agens naturale immo omnia simul
sumpta operari nequeunt contra ordinem totius naturæ immutando ordi-
[illegible] ando [illegible]
-nem [illegible] contra ordinem alicuius naturæ particularis simpliciter
impediendo, aut suspendendo actus 2.os n. ma. et dist. mi.: etiam in parvo
tubo vacuum inducere est operari contra ordinem naturæ alicuius particularis
simpliciter suspendendo actus 2.os c. mi.; et operari contra ordinem totius naturæ

immutando ordinem partium principalium universi, aut vero situm istarum variando, non minus et conseq. ad probationem dist. ans. ordo a natura constitutus est, ut omnia corpora quae sint contigua, dent propensionem, habeant ad contiguitatem, i. ans. sit contigua actu, subdist.: quantum pertinet ad immutationem servando ordinem principalium partium universi, c. ans. ut sint contigua actu loquendo de omnibus et singulis partibus huiusmodi universi, i. ans. quibus variatis quo ad situm et distantiam adhuc subsistit ordo principalium partium universi, n. ans. et conseq. — Adversarius meus ex probatione mali nondum ut bene novit quid sit miraculum, cum in illa tam firmiter asserat miraculum esse operari contra ordinem naturae, id circo ut edisserent Adversarii liberaliter simus, mecum ex D. Thoma l. p. q. 110. a. 4. quid sit miraculum eius verba afferendo: Miraculum proprie dicitur, cum aliquid fit praeter ordinem naturae: sed non sufficit ad rationem miraculi si aliquid fiat praeter ordinem naturae alicuius particularis: quia sic cum aliquis proiicit lapidem sursum miraculum faceret, cum hoc sit praeter ordinem naturae lapidis. Ex hoc quod aliquid dicitur esse miraculum quod sit praeter ordinem totius naturae creatae: hoc autem non potest facere nisi Deus. Hic praelaudatus Doctor, in dicto vacuum inducendo in recipiente machinae Pneumaticae an esse operari praeter ordinem totius naturae creatae an praeter ordinem naturae alicuius particularis? Profecto praeter ordinem tantummodo alicuius naturae particularis, illarum scilicet partium aeris, quae sunt propinquiores recipienti, quod hoc si Angelicus S. Thomae doctrinae danda est fides, non est miraculum, ex alia p. nec immutatur ordo principalium partium universi, quemadmodum non immutaretur si totum molis terrae ut utar verbis citati Doctoris, moveretur ab Angelo usque ad globum Lunae, quod ideo non est possibile praelaudato Doctore docente: Ut innuerimus verum etiam, siquidem istae non in actibus 2is collocantur, quod hoc fieri potest ab agente naturali, et ratio est quoniam est, quia naturaliter est simpliciter causa superioris activitatis inferre violentiam causae inferiori, sed in rerum natura dantur causae maioris activitatis relative ad alias, quod est simpliciter istas inferre violentiam illis, ut quia homo est causa maioris activitatis relative ad aliquas aeris partes quod naturaliter est quod possit homo inferre violentiam aliquibus aeris partibus et sic istas ab aliis disiungere per vacui inductionem. Ut mihi repetas ordinem naturae, nam ordo a natura praescriptus duplex est, unus invariabilis, variabilis alter: ad primum pertinet, quod rerum essentiae, et proprietates nequeunt immutari; et ideo fieri nequit ab agente naturali quod sanguis sit cum licitate, aut

naturalem non habeat inclinationem ad descendendum. Ad 2um respectu praxis effectuum, seu actualem exercitium inclinationum naturalium, quod actuale exer-citium velint, nolint adversarii est admittendum impedibile a causis aliis immo admittendum est posse agentia naturalia vi naturali virtute corpora cogere ad actiones contrarias naturali inclinationi, quemadmodum de facto cogunt, ut saepissime gravia sursum ascendere, aquam a terra deorsum ferri, scandere iuga montium, et ignis qui sua natura sursum tendit deorsum vergere. Jam vero ad rem nostram veniamus: Ordo naturae invariabilis est, ut omnes res tendant ad contiguitatem efformandam, at hic ordo non impedit quominus possit tolli act-ualis contiguitas ab agentibus naturalibus, cum ad ipsum non tollatur vis agendi in ea, quae sunt inferioris activitatis. Fateor quidem ab agentibus naturalibus non posse induci vacuum satis amplum quia, cum quodlibet agens naturale sit pars universi, non nisi limitato modo, ut bene docet Angelicus, potest se extendere in to-tum idest universum.

Invariabilis natura non dum resistit ~~[illegible]~~ gravioribus malis, sed etiam minoribus at qui ingens vacuum est grave naturae malum, vacuum mediocre est minus ergo natura nedum resistit ne ingens vacuum inducatur, sed etiam mediocre ergo

Ad contra 2o. per instantiam, magnum est grave naturae malum est quod omnis lapis sursum impellatur omne lignum comburatur. ergo natura quae lapis viribus resistit ne omnis lapis sursum impellatur omne lignum comburatur, resistit etiam quod aliquis lapis sursum impellatur aliquod lignum comburatur, ergo nullus lapis poterit sursum ferri, nullum lignum comburi. Ad 2um mediocrem de resistentia insuperabili ab agentibus naturali; natura quidem resistit ne eius ordo quoad partes principaliores immutetur, et ideo resistit et est eius non superari nequeat, etiamsi nullum decet vis praeponderans, ast loquendo de hisce ubi partibus ... ordo principalis, natura resistit quidem, sed non insuperabiliter, cum inter ingens ... activitatis, et sic evitare nequit vacuum mediocre cum eius activitatem habeat ex qua homo quod aliqua ... parte continuitate universi, ergo

concludendum est vestes naturaliter induci posse calores observatos mediocre

Sectio, et Assertio 12ª

Dantur intra partes corporibus spatiola quaedam vacua, aliorumque vacuum disseminatum. Primum quam autem assertam probem, non oportet me hoc in loco multum demonstrare contendere corpora porosa, sed meatibus abundare, hoc enim mihi facile ab illorum variis concedetur. Nam quemadmodum nemo est qui neget spongias lanamque aliaque istis similia corpora cavitates habere poros, ita nemo sanae mentis est, qui hos in illis meatus non admittat etiam in lignis, lapidibus, metallis, aliisque omnibus cuiuscumque generis corporibus. Et sane si de eiusmodi meatibus dubitaremus, intelligere profecto non possemus quomodo [illegible] exsudant, ex ambientibus aeris proprietatibus afficiantur. Si de illis metallorum experientiae nos redarguunt, et tamen de auro, quod est ceteris metallis solidius, solidum habemus argumentum in [illegible] Deaurandum, nam aurum absque ulla sui molis incremento satis magnam mercurii copiam recipit, et imbibit. Si tamen de meatibus corporum fluidorum, aquae, aeris, aetheris, horumque similium, an non illos [illegible] figura, et contextura? Unde non hoc [illegible], sed meum est demonstrare plura ex his spatiolis quae sparsim in corporibus reperiuntur, esse omni prorsus corpore vacua, quod ut felicius perficiam, Sclopeti Pneumatici descriptionem et usum praemitto, itaque

Sclopetum Pneumaticum, cuius auctor esse dicitur Otho de Guericke est machina quaedam cuius pars principalior est tubus cavus a b c d e h [illegible] valvula b, quae pro libito claudi et aperiri potest: cuius orificium inferius a munitum embolo a b, et in cavitate, quae mediat inter valvulam b c et orificium superius adest alter parvus tubus cavus munitus epistomio f. Huius autem sclopeti [illegible] est plumbea glans simili modo quo fit in vulgaribus sclopetis, et hoc pacto res contingit. Permittitur in tubum parvum usque ad orificium superius h glans plumbea, tunc immissa rite clauditur epistomium f ita ut aer maioris tubi in eum ingredi nequeat. Hoc posito ope emboli a b immissi per orificium

immitti per orificium siringa a in tubum a b b protrudit omnem aer in spatio a b d contentus per valvulam c in spatium d e h. Inde clausa valvula c ne aer in spatium d e h protrusus egrediatur, retrahitur embolus, ut alter aer succedere possit in spatium a b d. Deinde iterum immittitur embolus et recluse valvula c de novo per eum cogitur aer in spatio a b d contentus ingredi in spatium d e h idque 3° et 4° repetitur, donec aer in spatio d e h inclusus nimium compressus a labio [illegible] rubro clauso epistomio f aer repentinus orificium h dirrumpens, dilatans, ac [illegible] glandes plumbeas l ad magnam distantiam iaculatur. Satis ergo [illegible] desumpta ab hoc experimento quod nemo nisi insipiens negare potest.

Probatur 2ª exposita assertio: Aer in illo tubo comprimitur, ergo in illo aere datur vacuum disseminatum: Probatur consequentia. Si non daretur in illo aere vacuum disseminatum per compressionem contingeret partium compenetratio, sed haec naturaliter repugnat, ergo si aer in illo tubo comprimitur, debet in aere vacuum disseminatum. Probatur sequela maior; partes illius aeris comprimi nequeunt nisi singulae partes ad invicem accedant et minorem occupent locum, sed nisi daretur in illo aere vacuum disseminatum singulae partes non possent ad invicem accedere et minorem occupare locum, quin contingeret partium compenetratio, ergo nisi daretur in illo aere vacuum disseminatum per compressionem contingeret partium compenetratio: Maior certa videtur, probatur itaque minor: Nisi daretur in illo aere vacuum disseminatum illae aeris partes prius se immediate contingerent quo ad omnem totius superficiei latitudinem, sed si prius immediate se contingerent non possent propius per compressionem accedere et minorem occupare locum quin contingeret eorundem partium compenetratio, ergo nisi daretur in illo aere vacuum disseminatum singulae partes non possent ad invicem accedere et minorem occupare locum, quin contingeret compenetratio et ut melius argumentationis [illegible] vis [illegible] finge nunc quod quis fingere potest, idest si partes illius aeris ita se invicem stringerent ut nullum spaciolum vacuum relinquerent, tot erunt in tubo aeris particulae, quot sunt locula, seu spaciola, alioquin aut aliquis locus deesset in tubo non occupatus aut pluribus particulis occupatus, et quoniam tum locula, neque corpuscola sunt infinita, supponamus tum locula, tum corpuscola esse mille; Hoc posito aer vi emboli in tubo illo comprimitur ut minorem occupet locum, ergo in illo

aere existente in tubo vel dato vacuo disseminato, vel plura corpuscula dato spaciolo
occuparent, sequi continuere compenetratio, et ostenditur: si aer in medietate tubi comprimeretur
uti de facto comprimitur, in hoc casu spaciola quae remanerent occupanda, non forent nisi
quingenta, corpuscula autem spaciola quingenta occupatura adhuc essent mille, quo posito quod
in illo aere non daretur vacuum disseminatum, duo corpuscula spaciolum unicum correspondens
occuparent, sed duo corpuscula unum et eundem locum occupare nequeunt quin compenetrentur,
ergo nisi in aere existente in tubo daretur vacuum disseminatum, contingeret aeris partium com-
-penetratio, sed haec naturaliter repugnat, ergo in aere datur vacuum disseminatum. Neque hic
reponere potest Adversarius partes aeris minorem occupare locum, non quia compenetrentur, sed
quia locum relinquunt ab aethere egrediente per poros tubi, nam posito hoc egressu aetheris aer
ille non posset amplius dici compressus, quod demonstro: Si moveatur embolus usque ad medietatem
tubi, erit per Adversarios in illo tubo tantum fuisset aetheris, quantum aeris: Insuper in hac
hypothesi aer eundem locum occuparet ac antea, quando non fuisset compressus, sed hoc est falsum,
at in eius vi elastica etiam violenter colligere debet, per tanta vi, et magno impetu glandes
plumbeas iaculetur, et in aliis tubis embolum multa vi repellit, ergo.

Probatur 2º ratione: Partes cuiusvis corporis sunt diversae figurae, et diversae partium figurae con-
-tra, non obstat diversitas figurarum partium corpora componentium, immo neque sola diversitas
figurarum corporum, quin vacuum disseminatum admittatur, ergo est admittendum. Illa negari
nequit, minor ostenditur: Impossibile est etiam si sola corpora ex [illegible] partes essent diversae
figurae, quod strictissime adeo aptentur, ut nullum remaneat vacuolum medium, ergo etiam in
hac hypothesi [illegible] Cum tamen est falsissima, siquidem experientia constat omnia corpora, et
etiam quae censeri solent minime porosa, et maxime solida, penetrari a tenuissimis alio-
-rum corporum particulis: Etenim aqua fortis ex alumine, et nitro omnia metalla praeter
aurum penetrat ac corrodit, aqua vero regalis seu stygia, dicta aqua fortis addito sal armoni-
-acum, ipsum aurum penetrat ac dissolvit, et oleum vitrioli ferrum penetrat et quodlibet, quod
maximum signum est partes componentes corpora esse diversae figurae, et vacuum disseminatum
necessario est admittendum. Et quid plura? Denique corpora esse strictissime [illegible]
vero non ne moveantur, agitantur, impelluntur, scinduntur, uniuntur, quod aer spaciola intermedia
exhibeat. Respondebis, aut aether inquiet Cartesianus aethere non dicit replet etiam. Sed hoc
ita dato, tamen vacuo, cum impossibile sit pulverulentis aetheris aeris partes ...

choagitatis, ut ad amussim meatus illos repleant, tamen non etiam pulvisculus cohaeret, et aer suos habent poros. Utique nisi palpabilem veritatem negare velis, etiam et ista sunt subiecta compressioni. Atque quo corpore implebuntur? Si quod proferas, in infinitum procedes, et verum semper erit quodcumque sit hoc corpus, quod meatus illos repleret, semper esset corpus porosum, cum sit bene advertit Canali disputatione 6.ª Physicae generalis q. 6.ª nullum corpus sit ex hijs quae hucusque hominibus innotuerunt, quod poris omnino careat, et per consequens hoc quoque corpus altero indigeret, quod suos repleret meatus, et hoc itidem alio, et sic procedendo in infinitum, sed quilibet processus in infinitum est a scientijs excludendus, ergo admittendum in natura spatiola vacua, seu vacuum disseminatum.

Obijcies 2.º contra Conclusionem: si daretur vacuum disseminatum, foret extensum, et non extensum, sed hoc contradictionem implicat, ergo. Probatur maior pars: quoniam si admittatur, si extaret hoc vacuum, esset nihil, sed contradictionem implicat nihil extensum, ergo vacuum extensum contradictionem implicat, ergo esset extensum, ut admittitur, et non extensum, ut dicitur, ergo.

Respondeo distinguendo maiorem: esset extensum negative, et non extensum, concedo maiorem; extensum positive, et positive non extensum, vel negative extensum, positive vero non extensum, nego maiorem, et sic distinctam minorem nego consequentiam, et distinguo minorem subsumptam: contradictionem implicat nihil positive extensum, concedo; nihil negative extensum, nego minorem, et distinctis iisdem terminis consequentijs nego 3.ª Extensio quae spatio vacuo attribuitur, non est extensio positiva, non enim nos dicimus vacuum esse quid positivum, actu per se extensum, et reali dimensione praeditum, cum tamen sciamus proprietates positivas vacuo, seu nihilo competere minime posse, sed negativam, in hoc sensu, quod dicamus spatium vacuum habere eam quam pedalem extensionem dicimus, id est, ibi dicitur adesse negationem corporis in spatio pedali, in spatio inquam pedali, cuius extensio oritur non ex intrinseco spatij, cum spatium vacuum nihil dicat, sed ex relatione corporum circumambientium, quae cum inter se non sint strictae choagitata, interconnexibilitatem alterius entis admittunt.

Dices quod quod realiter est, aut est ens, aut modus entis, sed spatium vacuum neque est ens, neque modus entis, ergo realiter et de facto non est.

Sed contra 2.° per instantiam: quidquid realiter est, aut est ens, aut modus entis; sed tenebrae
neque sunt ens neque modus entis, ergo tenebrae realiter non sunt, et sic tempore nocturno
non vere et de facto adsunt tenebrae, sed solum per nostram immaginationem. R. dist.
maiorem: quidquid realiter est per modum positivi, est ens, concedo maiorem; per modum negativi,
nego maiorem, et concessa minori nego consequentiam. Sicut enim vacuum ultro fatemur non esse ens neque
modus entis, sed hoc non tollit quominus sit per modum negativi, videlicet vera
corporis privatio, ita vera lucis privatio sunt tenebrae; quamobrem sicuti de istis
luce absente velit dicere quod realiter existant, ita et de vacuo, quod realiter
existat absente corpore per modum possibilitatis corporis existendi in illo.
Instabis: benignissimus Deus veram omnium rerum ideam mentibus nostris impressit, sed nullam
de vacuo ideam reliquit, ergo vacuum non datur. Probatur minor: vacuum est nihil,
sed de nihilo nullam ideam reliquit, ergo.
Sed contra 2.° repetit hic instantiam de tenebris. R. n. maiorem, siquidem quam ideam non habemus
de spiritibus, si loquamur de idea propria, et non emendicata a materialibus. Vel data
maiori dist. minorem: nullam de vacuo ideam habemus per modum positivi, concedo minorem; per modum
negativi, nego minorem et consequentiam; ad probationem dist. maiorem: vacuum est nihil in esse
reali, concedo maiorem; in esse obiectivo, nego maiorem; et dist. minorem: nullam nihili ideam habemus
per modum positivi, concedo minorem; per modum negativi, nego minorem, et sic concedo, et nego
consequentiam. Quid enim nullam positivam ideam habemus de vacuo et de nihilo, etenim
ibi nullam positivam ideam ubi nullum esse positivum, sed ideam negativam quare
habere non possumus? Nonne per negationem lucis ideam habemus de tenebris; un-
de cur non et ideam nihili per negationem entis, ideam vacui per negationem corpo-
ris habemus? Addo quamvis vacuum realiter nihil sit, obiective tamen esse aliquid,
scilicet capacitatem seu aptitudinem ad continendum.
Urgebis: si vacuum extaret, esset quid a Deo creatum; quidquid enim est, a Deo creatum fuit;
sed vacuum a Deo creatum non fuit, ergo non extat.
Sed contra 2.° per instantiam: si tenebrae extarent, vel mors in mundo extaret, essent quid creatum
a Deo: Omnia enim per ipsum facta sunt, ut legitur Joannis 1.; sed tenebrae et mors
non sunt quid creatum a Deo, ergo tenebrae in mundo non extant, nec mors, quare ergo
moriuntur Cartesiani, vel quicumque sint qui sic argumentantur. R. posito omnia

creata fuere, ut negativae siquidem illa fiunt per positionem istorum qui defectus quos propter illa sunt per creationem, ita et per absentiam corporis quod ibi fuisset.

Obijcies 2.° corpora fluida hoc sibi mutuum praestant officium, ut unius alterius poros repleat, nam poros aeris implet aether, illius aetheris implet aer, ergo non est ibi vacuum disseminatum admittendum.

R. 1.° n. ant. est enim contra optimum naturae ordinem quod aer aetheris, aether aeris poros repleat, nam ad id efficiendum eadem esse deberet regio aeris, et aetheris, quod tamen falsum esse docent omnes veri Philosophi, qui in aeris regione parum aetheris, et in aetheris regione parum aeris ponunt, et merito, quippe illa naturae lex quae iubet aerem aquis insidere iubet etiam aetherem aeri insidere seu leviora gravioribus, quod idem dicendum est universaliter de alijs liquidis. R. 2.° quomodo poros aetheris adeo minutos penetrare potest aer, cuius particulae sunt magnitudine maiores et crassiores. R. 3.° qua ratione, quo fundamento hoc demonstras?

Obijcies 3.° dato vacuo disseminato impediretur commercium quod adest inter corpora caelestia et terrestria, etenim per ista vacuola quae essent in aere, alijsque corporibus sublunaribus nequirent in se recipere corporum caelestium influentias, secus adessent vacua vel si illos recipere possent, illos reciperent modo transversali, et obliquo, quod est maxime innaturale, ac retardarentur agentium motus. R. ista vacuola impedirent propagationem umiditatis, et caloris, nam in istis spaciolis esse nequit umiditas nec calor, alioquin non essent vacua, ex alia parte impedirent, ne aliae qualitates transirent de una corporis parte ad aliam, vel ad minus cogerent illas oblique transire ut diximus supra fuit de caelestibus influxibus. R. aer non splendesceret, sed partim obscurus esset, et tot aspicerentur maculae nigrae, quot essent vacuola siquidem in ijs lumen recipi nequit cum ibi nulla sit subiectum receptivum, et tot quidem ut essent ampla vacua, ergo nullo modo admitti potest vacuum disseminatum.

R. 1.° absolute negando vacuum disseminatum impedire propagationem influentiarum caelestium, umiditatis, caloris, aut lucis, etenim spacium vacuum est quidem spatium

omni corpore actu destitutam, tamen ita ut nihil corporis ingrederetur, immo
aptitudinem diceret ad quodlibet recipiendum. Hoc posito, dico omnino impedientur
ista vacuola, nec corpora caelestia influxus suos transmitterent, nec aqua umiditatem,
nec ignis calorem, nec sol lucem per ea diffunderet, quia immo admissis his vacuolis
citius et facilius corpora caelestia influxus in sublunaria, aqua umiditatem
transmittit, ignis lignum penetrat, lux ad nos pervenit, nam nullus in his vacui-
-tatibus in spatio intermedio [illegible] impedimentum reperitur, [illegible]
ut obiecta nostra infringant, sustineant, per illa qualitates confirment. Ad
exclusionem vacuoli, id de facto sequeretur, quod nobis obiicitur et non secundo. Nullis
admissis vacuolis, dicimus hoc spatium quod caelo continetur, esse plenum per singulas
sui partes, et quidem esse dimensionibus aliquo corpore plenum, dico itaque plenum, ut inter
unum et alterum corpus nulla adesset fissura, aut rima vacua, sed ubi omnia
sunt plena, et rima nulla inter corpora, ratione plenitudinis dimensionum nulli influxus
nulla umiditas, nullus calor, nulla lux propagari posset, ut videre est in umiditate
liquidorum et luce in cubiculis perfecte clausis, et ratio a priori est quia influxus,
umiditas, et calor, lux, sive sint qualitates, ut sentiunt Peripatetici, sive minimissima
corpuscula, ut Atomistae, et haec omnia sunt affecta vera quantitate, ea autem
quae sunt quantitate affecta penetrare nequeunt in plenum, quare nullis admissis vacuolis
nec caelestia in sublunaria influerent, nec aqua umiditatem, nec ignis calorem, nec sol
lucem propagare posset: quare vos de medio tollentes omnes commeatus, nam caeli, et
terrae, et nos in tenebris semper versaremur, et aeris numquam [illegible], nec
ros, nec pluvia descenderet super nos; quare ne [illegible] nos
cogit ad asserendum exstare vacuum disseminatum. Ad illud de aere, quod [illegible]
mihi [illegible] videtur quod paulum [illegible]
[illegible] quae essent vacuola negando [illegible]. Quid est per vacuola de corpore ad
corpus propagatur lux tamquam per medium, unde illuminationis a [illegible]
illuminata primarum nec [illegible] in vacuo nullus adesse subiectum receptivum lucis,
et consequenter nec posse illuminari [illegible] illuminari
negandum [illegible] negari [illegible] debet lucem refrangi et reflecti
[illegible] per vacuum, quo facto omne spatium quod caeli ambitu continetur [illegible]

apparent necesse est.

Dices 2° contra 1.am hanc ult.mam responsionem: corpora celestia non influunt solum per particulas naturae transmissas quia hae particulae non semper adsunt.

Sed contra est quia hae particulae non semper necessario praesentes sunt; vel ex ipso Adversario non satis patet quod non dantur, si celum semper abundantissime influeret, aut in omni parte semper influeret tandem; sed non semper ita abundanter aut semper in omni parte influeret. Ad 2. Celestia corpora non semper, vel si semper influunt, non semper eodem modo influunt, ut sol, qui semper non quamlibet Celi partem lucem diffundit, unde non semper necessario plena, quia immo ex hoc patet quod semper et quidem abundantissime influentes celestia, quae ex se ipso vim potest persuadere corpuscula e celo emissa ibi elaborata, quae sunt et moveri possunt, et dum moventur strictissime uniri, et aptissime iungi cuilibet particulae quin aliqua alteri repugnet. Ergo.

Dices 3° contra 2.am responsionem, etiam exclusis corpusculis determinatis ab hoc spatio quod celi ambitu continetur, posse celestia in sublunaria influere, ut fit in vacuo exclusis fieri potest motus localis, et quidem etiam sine compenetratione, ubi in loco in quo continentur influxus ipsis deficientibus subintrat corpus vicinum, et sic dicendo de aliis, et ad hoc providentia naturae providit pluvias liquidas, ut contingit in fistulis in quibus aqua plenis [illegible] in spatium illud quod a lapide relinquitur subintrat aer et in spatium ab aere relictum aqua. Ergo.

Sed contra est quia in spatiis illuminatis nullum aliud adest corpus, nec nec aer sed totus remanet quod nescio ego, Adversarius dicet, et conatur demonstrare lumen, quod sit tenuissima quaedam corpuscula, ut multi Athomistae sive publice fuit contendit Peripateticus, est semper quantitate affectus. Ergo in spatiis illuminatis nullum aliud adest corpus aliquod compenetrans, nec totus aer remanet, sed hoc falsissimum est, aerem enim sentimus et experimur

etiam Cœlo nostro illuminato, quod falsis dicitur nodo adveniente corpore idest luce
prius aere recedere: ut quod hic dictum fuit de luce dicas etiam de celestibus influ-
xibus. Ratum semper propositione quod si prius non recedit necessario dicendus dari
uacuum disseminatum. R. non aliter potuisse excluso uacuo disseminato celestes influxus
ad terram peruenire nequeunt, nisi aut compenetrentur cum aere, aut aer recedat
a propria regione, sed compenetratio est contra soliditatem corporum, aerem autem
recedere a propria regione est contra leges naturæ quæ omnibus sic determinate assi-
gnavit quod non recedit. Ergo uacuum disseminatum aut asserendum celestes terminos nullum
habere ut influere; Deinde dato quod aer recedat a propria regione, ergo quo
recedet nisi in uacuum? Sed hoc est: Ad quarum ab Adversario negatur; Minorem
etiam falsam neque; Aliquid fieret compenetratio quod non recedit. Dic hic [illegible] aer
succedere in locum effluviorum quæ a corporibus celestibus emittuntur, siquidem talia effluvia
a natura in quadam sua consuetudine in quas dum spargit ad influxum, emittendo
tot subingrediuntur aeris particulæ, ut [illegible] effluuia. Ad proprias per aerem
habent etc. profecto probationem quam hic Adversario prodest, paritas adducta de lapide
in discessu aquæ deorsum proiecto, quod eadem quia sine ratione omnes, quod de nouo pro-
ducuntur ubi sunt influxus celestes. R. per motum lapidis, aut aquæ non cogitur aer
a propria regione exire, etiamsi inconvenienti [illegible] posset [illegible] a propria regione
[illegible] quo ad aliquas nec paritas hec [illegible] uideatur impossibile cum huiusmodi motus
sint uiolenti, et dici possint tales; At influxus celestium corporum in sublunari
non sunt, nec dici debent uiolenti; Unde non est par ratio immo paritas supra
et contra Adversarios militare contendo; etiam licet cessante motu manifestum
dicam in locum a lapide relictum subingressus est aer, in locum aeris aqua, et ideo nullus
dari uacuum observandum, nihilominus tamen motus lapidis in dissensione factus fuit, nec
fieri potuit sine uacuo disseminato. Id dictum ostendo: lapis in casu moueri non
potest de loco ad deorsum quin protrudat aerem sibi intermedium per se clare patet, sed
aer intermedius protrudi nequit nullo dato uacuo disseminato, quod nec lapis moueri
potest de loco suo ad deorsum; Probatur min: aer intermedius protrudi nequit nullo
dato uacuo disseminato uersus terram ad cedendum lapidi, etenim in proxime
[illegible] uacui disseminati nullus uersus eas partes [illegible] locus

aequalibus, nec fieri potest per dictum progressum corporum sibi existentium per-
nulla data vacuitate, ut tamen nequeant corpora ad minorem locum sine
compenetratione. Ad 2. penetrari nequit terra pars lateralis lapidis
propter eandem rationem ut supra. Pariter penetrari nequit terra
terminus a quo lapidis: Ad 4. ut penetrata terra hanc partem debuit
prius lapis recessisse, sed lapis ab hac parte recedere non potuit, nisi prius
protrusus fuerit aer qui occupabat spatium intermedium, aliter cum
aere compenetraretur, ergo nec terra hanc partem penetrari potest, sed ubi
aer protrudi non potest nullus datur motus localis, ergo nullo dato vacu-
- uo disseminato nullus fieri potest motus localis. Ad 4. ut lapis aerem
protrudat actu debet ipse actu moveri, sed lapis corporibus stricte
undique circumseptus motum concipere nequit, ergo nec aerem protrudere,
ergo nec motum attingere. Ad 5. At eorum argumentum nullum [illegible]
supponit corpus intermedium esse solidum, inde [illegible] quod licet fluiditas
magis ad motum localem sit idonea, quod [illegible] [illegible]; nec
corpora fluida possunt unquam moveri nisi locum suum relinquant et
alium occupent, unde argumentum aeque tenet in utroque casu quoad substantia-
lem, non adest facultas dato quod corpus intermedium sit fluidum.

Dices: si vera sunt haec non datur vacuum disseminatum necessarium esse ad motum localem
sed et condensationem, sed hoc non, ergo nec disseminatum. Probatur: [illegible] mini-
mus particula aeris ut moveatur debet invenire locum omnino correspon-
dentem suae moli, quia semper ut moveatur locum correspondentem suae moli, ergo
si per 2um experimentum necessarium est vacuum disseminatum sic 2um sane coa-
- cervatum.

Sed contra 2um maius: Ad probationem distinguo antecedens minima aeris particula debet quaslibet
locum correspondentem suae moli, locum in quem correspondentem [illegible]
partim per compressionem corporis circumstantis, partim per [illegible] corporum
recessum [illegible] locum correspondentem qui totus antea vacuus esset nego antecedens, et
consequentiam: quando corpus minimum movetur potest ut una aeris particula moveri
etiam inveniendo locum omnino vacuum correspondentem suae moli, [illegible]

in molestia liber partium sufficientia sit et eius receptione tenuis tamen sit et vacuolis ad eius motum requisitis: Atque per hoc ad corporis ingentis motum, ingens tenuis vacuus talis animi existens est necessarius, quin motus corporis ingentius nunquam fit instantaneus, sed semper necessario tempore successive procedere est quod possit alia corpora per ipsius ex gremio successive procedere sine corporum compenetratione; quod tamen datis vacuolis disseminatis fieri posset, tum maxime quia nil quod licet ingens corpus mobile sit et tamen aliqua parte communicatum fluido aliquo et successive movetur; [illegible] particula interspersa protrusione vicinarum ejusdem fluidi illius penetrabilis adimpleat quae ipsius antea implebat. Cuius habet ad quemlibet motum sequendi vacuum disseminatum, et ad quemlibet etiam sufficere. Sed iam vero nunc vacuum nostrum, sunt manes variis quaestionibus fieri ingenias, unde per ordinem sit

1.° S.°

De inceptione, duratione, et desitione rerum

Art.s 1.us

Quid sit inceptio, duratio, et rerum desitio

Inceptio, sicut et desitio duplex est, intrinseca nimirum et extrinseca. Inceptio rerum intrinseca est per primum earum esse, quod eius in rebus quibus includatur. Sicut autem intrinsece incipere dicuntur, et haec inceptio illis competit rebus, de quibus verum est dicere nunc primo sunt, et immediate antea non erant: Inceptio rerum extrinseca est per ultimum earum non esse, quod eius in ipsis includatur: proinde autem res extrinsece incipere dicuntur, et haec inceptio illis convenit rebus, de quibus verificare potest: Nunc ultimo non sunt, sed immediate post erunt. Similiter ex opposito desitio intrinseca est per ultimum rerum esse, et de illis dicitur, de quibus verificatur: Nunc ultimo sunt, sed immediate post non erunt: Desitio vero extrinseca est per primum rerum non esse, et ad illas spectat, de quibus verum est asserere: Nunc primo non sunt et immediate antea fuerunt.

Duratio autem est continuatio rei existentis, et adaequate sumpta, dividitur in quantitatem, aevum, et tempus: Siquidem modus durandi vel rei indivisibilis, ac permanentis, quod se habeat, vel rei successivae, et divisibilis ac permanentis [illegible]

1.a est pl.: Sine rei permanentis quae caret principio, et fine ut est Deus – ita, vel habet initium sed non finem, ut est Angelus, vel est successiva et habet tum principium, tum finem, ut est tempus.

Aeternitas vero 1.o durationis species recte definiri potest cum Boetio l. 5 de consolatione Philosophiae prosa 6.a: Interminabilis vitae tota simul, et perfecta possessio. In qua definitione, notatur 1.o vitae, quae includit suo existentiam actualem; 2.o interminabilis idest aeternae rei existentiam penitus excludentem quamcumque durationem sine principio et fine: 3.o tota simul idest [illegible] successione et [illegible]: 4.o perfecta possessio, idest sine ulla dependentia ab alio.

Quid est duratio permanens rei, 2.a nota est [illegible] per partes permanentes [illegible] coexistens cuilibet temporis differentiae ab eo tempore quo incipit esse: Dicitur 1.o duratio permanens rei 2.o [illegible] per partes [illegible], idest rei permanentis, et non successivae. 3.o [illegible] coexistere cuilibet temporis differentiae idest [illegible] ex natura sua 4.o ab eo tempore quo incipit esse ad denotandum eius competere rebus contingentibus non iis quae necessario exist-unt.

Tempus tandem est duratio successiva per partes [illegible] fluens idest durationem successive plures partes habere. Et bene [illegible] dividitur a Joanne [illegible] in absolutum et relativum. Tempus absolutum aequabiliter fluit, hoc est numquam tardius numquam velocius procedit, sed absque omni relatione ad motum [illegible] corporis quo semper [illegible]. Tempus relativum, seu apparens est sensibilis mensura cuiuslibet durationis per motum, [illegible] aequabilis [illegible] aequabilis est mensura aliqua sensibilis quae discer-nit illius quantitatem, cuius partes temporis partibus semper respondeant et proportionales sunt. Verum autem ille uniformis qui ad mensuram temporis adhibetur debet esse maxime notabilis, [illegible] obvius et [illegible] in omnibus [illegible] quales communiter censentur motus solis, et lunae

et est velocioris, idest per quod tempus durturus in omnibus diebus vigintiquatuor horis, unde tempus in hac 2.a acceptione deffiniri potest cum Aristotele: numerus motus secundum prius, et posterius. Itemque non mensurans, sed mensurata secundum prius, et posterius nempe 2.us partes, prius, et posterius motus. Sic dicitur mensura mensurata, unius circulationis solaris circa terram.

1.o durationis spectat ad Deum solum 2.o ad Angelos, et Homines tantum 3.o ad res corruptibiles spectat.

Art. 2.us

Expediuntur varia scitu digna circa tempus

Quaeres quid sit epocha, et quotuplex

R. 1.o ad 1.m epocha est punctum fixum seu tempus determinatum quo chronologi utuntur ad annos enumerandos.

R. 2.o ad 2.m licet varii varia doceant, omissis his me circumscribo duas esse. 1.o comprehenditur totum tempus quod intercessit inter mundi creationem, et Christi ortum, quod fuit annorum 4000 iuxta Primit. et Ambrosii Augusti sententiam, quae inter Scholasticos Theologos valde communior, et comprehendit ipso mundo 2.a amplectitur totum tempus quod fluxit a Christi nativitate ad praesens usque tempore et sunt anni 1646. Ut autem clarius

3.o sequar loquendi modum temporis, quod, et divisio a mondo condito usque ad nostrum in septem dividitur aetates.

1.a initium sumpsit a mundi creatione et terminum habuit tempore diluvii et enumerat annos 1656

2.a exordium duxit a fine diluvii, idest anno 1657, et finis tempore Abrahami nimirum anno a mundo condito 2083 et amplectitur annos 426

3.a ab Abrahamo usque ad exitum Israelis de Aegypto idest anno a mundo condito [illegible] 1513, habens annos 430.

4.a ab exitu Israel de Aegypto ad tempus Salomonis idest anno 3000, comprehendens annos 487

5.a a templo Salomonis iam completo ad solutam Iudaeorum captivitatem Babiloniae, idest anno mundi 3468 et numerat annos 468.

6.a a liberatione Iudaeorum a Cyro illis collata, adusque ad Christum natum idest anno 4000 habens annos 532

7.a a Christi nativitate usque ad praesens tempus idest anno mundi 5646, unde iam enumerat annos 1646

1º mundi aetas dicitur eius infantia 2ª pueritia 3ª Adolescentia 4ª iuventus, 5ª virilitas 6ª senectus 7ª decrepitas, poterit nonagenari

Quaeres 2º quid sit periodus Iuliana: quid seculum, lustrum et Olimpiades.

Rº ad 1um periodum Iulianam esse spatium annorum 7980, quam Cronologi ex cedunt antiquiorem orbe condito annos 710

Ad 2um quod seculum sumitur tamen hic in ... ... esse spatium annorum mille.

Ad 3um esse spatium annorum centum

Ad 4um esse spatium annorum quinque

Ad 5um esse spatium annorum quattuor

Quaeres 3º quid sit annus solaris, et lunaris

Rº ad 1um Annum solarem, vel Tropicum esse, vel Iulianum: Annus Tropicus est spatium temporis, quo sol ab uno Zodiaci puncto puta aequinoctij, vel solstitij ad idem revertitur, numerantur dies 365, horas 5, minuta 49, secunda duodecim. Iulianus quem Iulius Cesar introduxit in usum Populi Romani numerat dies 365, et horas 6, quae non enumerantur, nisi in fine 4ti anni, faciunt unum diem, qui additur mensi februarij.

Rº ad 2um annum Lunarem esse spatium duodecim mensium lunarium sinodicorum, seu dierum 354, horarum 8, minutorum 48, siquidem est anno solari diebus fere undecim, quos quia et annis adiicimus ut lunarem cursum ad solarem accomodemus ideo hos partales, seu epactas vocamus. Lunae id est quaelibet dies epactae singulis annis acquirit XI dies, et quando superat XXX dies, id quod superest dicitur epacta, quod si iungatur epacta cum numero mensium incipiendo a Martio et cum numero dierum mensis currentis, quod resultabit erit numerus dierum lunae, et si numerus resultans superabit XXX, reprimendi erunt dies illi triginta et quod superest restabit numerum dierum lunae, et ecce tibi modus perpetuus dignoscendi dies lunae, quibus ... ad lunares

Quaeres 4º quid sit mensis lunaris et solaris.

Rº ad 1um menses lunares dividi in periodicum, sinodicum et illuminationis. Periodicus est spatium temporis, quo luna digressa ab uno zodiaci puncto

ad eosdem redit, et habet dies XXVII, horas VII, minuta XXXIV. Mensis synodicus est spatium temporis quo luna ab una conjunctione cum sole, ad aliam conjunctionem redit, estque dierum XXVIIII, minutorum XXXXIV. Est autem mensis synodicus maior periodico, quia Luna postquam redierit ad punctum in quo fuerat sole conjuncta dies, et amplius dies adhuc progredi debet, ut assequatur solem qui interea motum suum intermisit. Mensis illuminationis est spatium illud temporis, quod fluit, ex quo prima Luna apparet post conjunctionem, quousque iam vetus iam non videatur, estque dierum XXVIIII circiter.

Resp. ad 2um Menses solares et lunares medium inter excessum et defectum sex dierum vigintique et horarum decem quasi exprimisse. Dividitur mensis in astronomicum, et civilem; Astronomicus est proprie lunaris synodicus. Mensis civilis est, quo civitates et nationes variae pro instituto suo utuntur. Lunaribus synodicis utebantur Judaei, Graeci et Romani, et nunc Mahometani quorum mensis erat XXX dierum et diebus plenus alter XXVIIII et diebus cavus. Solaribus utebantur Aegyptii et Romani post Julium Caesarem et modo nos Catolici, quorum aliqui sunt XXX unius dierum, alii XXX et Februarius XXVIII, vel XXVIIII in bisextili.

Quaeres 5°: quid et quotuplex sit dies

Resp. 1°: dies esse certum quemdam horarum numerum.

Resp. 2°: diem aliam esse naturalem, artificialem aliam. 1us est spatium XXIV horarum aequalium, quo tempore sol unam circulationem absolvit circa terram, et continet diem et noctem artificiales. Dies vero artificialis est mora solis supra Horizontem, nox autem artificialis est mora solis infra horizontem. Hora diei naturalis est aequalis, vel inaequalis. Hora aequalis est XXIV pars diei naturalis, et dividitur in XXXXXX minuta, quodlibet autem minutum in XXXXXX secunda, quodlibet secundum in XXXXXX tertia. Hora inaequalis est duodecima pars diei, aut noctis artificialis, quae diei inaequales non comparantur ad alias horas illius diei, sed ad illas aliorum dierum.

Articulus 3us

An tempus sit aliquid a motu vere et realiter distinctum.

Ut perspicuum est hic sermo fit de tempore absoluto, nec tempus relativum quod

Dubio motus temporis [illegible] mensura mensuratur per motum, id circa dubium resolvendo

Assero tempus absolutum esse aliquid a motu verum, et realiter distinctum.

Probatur, quia illud est verum, et realiter a motu distinctum, quod eodem semper tenore labitur, sive corpora sint in motu, sive in quiete, sed tempus absolutum eodem semper tenore labitur, sive in motu sive in quiete sint corpora, ergo tempus absolutum est quid verum, et realiter a motu distinctum. Probatur minor [illegible] ... omnium immobilitas [illegible] ... aequalis fuisset tempori quo per motum [illegible] ... sive quando sol in eodem Coeli puncto consistens constitit et tempus absoluti currit, quamvis omnia horologia in terris [illegible] horas pro horis [illegible] illud additionis temporis indicarent, ergo tempus absolutum eodem semper tenore labitur sive in motu sive in quiete sint corpora.

Solvuntur hic Auctorum varias contra expositam assertionem [illegible] et praecipue [illegible] omnes solvere [illegible] de tempore relativo.

Supererat 2° an tempus absolutum sit quid reale.

Resp. affirmative, et ostenditur. Tempus absolutum nemine cogitante eodem semper tenore labitur, nec de hoc dubitare quis potest, ergo est quid reale: [illegible] verum.

Supererat 3° quid in re sit tempus absolutum.

Resp. cum D. Augustino l. 11. confessionum numero XVII. Si nemo ex me quaerat, scio, si quaerenti explicare velim, nescio: fidenter tamen dico scire me quod si nihil praeteriret, non esset praeteritum tempus, et si nihil adveniret non esset futurum, et si nihil esset, non esset praesens tempus.

Cujus hic ne fugiat breuem hanc notitiam, nempe quid veniat nomine Calendarum, nonarum, et Iduum

Item calende, que iuxta aliquos a colendo dicuntur, eo quod veteres cuiusuis mensis initia maxime colerent, vel iuxta alios, qui recentiores imitati sunt litteras, huius nominis calende, esse sit, per consequens originem ducere ab verbo greco καλῶ quod idem sonat quod apud latinos voco eo quia primo die mensis Pontifex ad sacra Pontificem vocabat, sunt primi dies cuiusuis mensis. Nonas autem, que ita vocantur, quia inter ipsas et idus nouem enumerant dies, sunt dies quinta cuiusuis mensis, excipe tamen Martium, Maium, Iulium et Octobrem, in quibus none sunt dies septima. Idus tandem ita dicte ab antiquo verbo iduare, quod significat diuidere, sunt dies XIII. cuiuslibet mensis, excipe tamen quatuor iam supra exceptos menses, qui idus habent die XV. Que autem dicta sunt facilius memorie mandes, sequentia excipe carmina.

Prima dies mensis cuiusque dicitur calendas
Quintus dat nonas, decimus dat tertius idus
Octobris vero, Maius, Martius, Iuli
Septima lux nonas, idus quindena reportat

Primo igitur die cuiuslibet mensis dicitur calendis, die in qua sunt nonas nonis, die in quem incidunt idus, idibus, diesque qui precedunt calendas nonas idus dicitur pridie calendas, pridie nonas, pridie idus.

Post calendas, idest primum diem mensis usque ad nonas dies denominantur a nonis hoc pacto: Incipe numerare a die designando usque ad nonas computando tamen et diem designandum et diem nonarum, tum resultans numerus effertur in ablatiuo dicendo v.g. 4°, 5°, et huic additur accusatiuus nonas. Post nonas dies denominantur ab idibus, eadem tamen seruata numerandi ratione ac et supra. Post idus dies denominantur a calendis sequentis mensis eodem pariter modo numerandi seruato. Hic autem nota, quod anno intercalari recurrente die vigesima 4.a februarij qui tunc constat diebus viginti nouem dicitur sexto calendas Martij, tunc decimo quinto, quarto, tertio, et ad discrimen tamen anni communis hi dicuntur sexto calendas Martij, nimirum die vigesimo 4.° et vigesimo 5.°, ex quo hic annus bisextus vocari conue-nit.

Tractatus 5us

De Causis rerum extrinsecis.

Egimus hucusque de materiali et formali causis corporis naturalis intrinsecis quae, cum praedicamentum, et contrahitur in esse ... [illegible] ... et quoniam de spectantibus ad corpora in communi ... [illegible] ... ne tractationem, sicque est in tota Philosophia ... [illegible] ... praetermittemus hic aliqua de causis rerum extrinsecis ... [illegible] ...

Quaestio 1a

De Causis rerum extrinsecis in communi

Articulus 1us

Quid et quotuplex sit causa rerum extrinseca.

Causa extrinseca recte deffinitur principium a quo aliud: Quam quidem deffinitio competit omnibus et solis veris causis extrinsecis: omnibus: siquidem ... potest tum de causis per se, tum per accidens, tum principalibus tum instrumentalibus, tum mediatis, tum immediatis: solis: Enim non invenitur Patri divino relate ad filium nec Patri, et filio relate ad spiritum sanctum filius est quidem alius a Patre, non tamen aliud ... spiritus sanctus relate ad Patrem, et filium, unde Pater principium relate ad filium non causa dicitur, item Pater et filius relate ad spiritum sanctum.

Causa ... recentioribus dividitur in efficientem, exemplarem et finalem, efficiens est id a quo: exemplaris id ad quod: finalis vero id propter quod aliquid fit, huius vero divisionis bonitas non ... demonstratur argumento.

Tot sunt extrinsecarum causarum species, quot sunt quaestiones, quas movere naturaliter possumus de aliqua re, de qua est causa, quia huiusmodi quaestionibus satisfacimus, sed tres sunt huiusmodi quaestiones: Unde a quo res est, ab efficiente. Ad quod est, ad exemplar: Ad quid est: Ad finem nec aliae sunt excogitabiles quae ad istas non reducantur. ...

Quid et quotuplex sit prioritas, et quae nam requiratur in causis ad effectum etc.

Prioritas est id, per quod unum se habet ad aliud tanquam prius, et potest esse multiplex. est logica, nominis [illegible] ea est quae fit ab intellectu nostro [illegible] formaliter concipiendo unum priori ad aliud, quamvis de facto sint simul tamen [illegible] est illa, quam habet animalitas in eo in homine ad rationalitatem. Temporis est illa est per quam unum praecurrit prius esse tempore ad aliud, et huiusmodi est prioritas Adae ad nos posteros etc. Naturae est ea est per quam unum se habet ad aliud tanquam causa ad effectum, licet tamen sit utrumque simul in tempore, et talis est prioritas solis ad lucem. Originis quae in eo consistit quod una res habeat esse ab alia tanquam a suo principio. Unde prioritas naturae in eo differt a prioritate originis, quod prioritas naturae est de his et in ordine ad quae aliud principiant in essentia et natura distincta. Prioritas vero originis [illegible] de his quae [illegible] principiant [illegible] in natura [illegible] Pater divinus non natura sed origine prior est ad verbum, et [illegible] verbum [illegible] procedit in natura identitate et sol a luce non origine sed natura prior est, siquidem haec est in natura et essentia a sole distincta, [illegible]

Asserto tantum prioritas naturae requiritur in causis ad effectum suum

Probatur 1.o implicat concipere aliquid ut effectum esse ab alio ut causa, nisi [illegible] illius [illegible] ut influxum [illegible] amba concurrent simul fieri [illegible] cum hoc [illegible] sit illius [illegible] quam [illegible] huius [illegible] necessario saltem naturae prioritas requiritur in causis ad effectum suum

Probatur 2.o id est independens saltem natura prius est illo quod dependet, sed omnis causa, et causa est independens ab effectu, qui ab ipsa dependet, ergo

Obiicies causa finalis causat ut sit, sed [illegible] est sanitas quae est causa finalis sumptionis medicinae, causat non [illegible] ergo non requiritur in causis prioritas naturae ad effectum suum

R.o distinguo antecedens causa finalis causat ut sit [illegible] quatenus est [illegible] [illegible] prius est in intellectu [illegible] [illegible] Sanitas esse causa finalis sumptionis medicinae nisi quatenus consideratur ut [illegible] prius [illegible] sumitur, [illegible] considerata [illegible] et de facto est [illegible]

rali vitalitate indifferenter se habet ad hoc genus causae, ideoque non requi-
-ritur. Sed in intellectu infirmi, etenim infirmus ideo vult remedium, quia
ipsum illud concipit ut sibi conducens, et sub ea conceptione ut ab alio
causatam, ita ut causam movet ad actum, unde est ipsum prior est natura ad
effectum quem ponit

Articulus 3us

An in eodem vel diverso causarum genere possibilis sit mutua
causalitas

Monitum 1um

In duplici sensu procedit quaestio: 1o an in eodem causarum genere dari
possit hic mutua causalitas, ita ut una res in eodem genere causae efficientis
vel materialis idem possit esse principium et hoc a suo principio: ut cum
ignis a possit esse prior natura igne b quem causat, et ignis b prior
igne a, a quo causatur, et quod causat causat. 2do an in diverso causarum
genere ita ut una res idem causet in genere causae formalis, a quo ipsum
causet in genere causae materialis vel efficientis.

Monitum 2um

Quaestio movetur non quoad primum esse rei, utrum scilicet causatum possit conservare
esse suae causae: Certum est enim filium posse conservare esse patris a quo
esse accepit, illi hoc proprium tendendo; sed quoad 2um rei esse, idest quoad
ad 2um rei positionem.

Monitum 3um

Nec ergo quaestio est de duplici causa finali inter se comparata: Nemo
enim est qui non videat duas res posse esse sibi mutuo causas finales
per diversas agentis intentiones: ut quilibet videt [illegible]
propter deambulationem sanitatem, et deambulationem propter sanitatem,
quae in casu deambulatio, quae habet rationem finis, videtur habere ra-
-tionem medii, et sanitas quae habebat rationem medii habebit rationem
finis: Cuius rei causa est quia finis ut sic movet [illegible] non

respectu exercitus, dicitur itaque illa causa efficaciter [illegible]
sicut [illegible] finis [illegible]
et tanquam [illegible] ad illam. Dico

Secundo, et in eodem, et in diverso causarum genere impossibilis est mutua duorum causalitas.

Probatur 1° implicat idem simul esse et non esse in statu possibilitatis mutuae causalitatis idem simul esset, et non esset, ergo. Consequentia est evidens. Minor probatur quia causare est [illegible] existere [illegible] existentiam, et quod prius non habet existentiam alteri existentiam dare nequit, et [illegible] causatum, adhuc non esset nisi existeret [illegible] et quod causatum saltem natura posterius est sua causa, ergo.

Probatur 2° implicat idem respectu eiusdem esse causam et effectum, sed [illegible] implicat [illegible] esse [illegible] et [illegible] esse [illegible] eiusdem [illegible] ergo implicat formam educi de potentia materiae et materiam [illegible] de esse formae, idem enim esset prius et posterius, dependens et independens quia causat; posterius et dependens quia effectus, sed hoc sequeretur data mutua causalitatis possibilitate ut per se patet, ergo. Confirmatur idem esset causa sui mediata vel immediata sui ipsius, etiam dato quod a sit causa b et b causa a, tunc a est causa sui ipsius, ergo.

Quoniam haec argumenta concludere causas non posse esse sibi invicem causas in eodem genere causae, puta quod altera alteram causet effective vel materialiter, [illegible] non probant quod esse nequeant sibi invicem causae in diverso causandi genere, quia in hoc sensu idem potest esse prius et posterius, dependens et independens.

Dices contra [illegible] quidem quaelibet causa [illegible] prior necessario et independens [illegible] prior est saltem natura ad quamlibet sua causalitate, et quilibet causatum posterior est sua causa; quilibet enim [illegible] posterior est prius, a quo suum habet esse, ergo cum causa [illegible] absolute sit prior suo [illegible] et causalitate prior est in quolibet genere causae. Probatur [illegible] in priori ad suam causalitatem [illegible] in [illegible] natura existit, vel [illegible]

q.° dici nequit causa[m] nec essentiis sicuti nulla est parad. (?) ... est alio: si uero est existens q.° in quocumq[ue] genere, et sic quod-libet respectus est existens in priori ad suas causalitates, sed sicut in quocumq[ue] genere, et sic quolibet respectus in priori ad suam causalitatem implicat q.d possit a sua causalitate causari et sic esse prior et posterior, dependens et independens, q.° mutuam causalitatem ne dum in eodem, sed etiam in diuersis causarum genere implicat. Confirmatur si causa penderet in aliquo genere causae, quo ad suam existentiam ab effectu, effectus in eo genere, in quo communicat existentiam suae causae, praesupponeretur ad illam, q.° existeret ante suam causam ad illam, ... q.d existeret in uno genere causae et ... non ... q.d causat debet absolute existere et q.d causat absolute non existeret. q.° absolute de eodem uerificarentur q.d existeret ante suam causam et etiam existeret ut cognita, quia causa non existit et ante causam quia effectus q.°

Ad instantiam ... q.d idem ... diuersas considerationes possit prius et posterius, per consequens q.° in diuerso genere possit idem esse causa et effectus: concedimus et ante ... illationem ... prioritas causalitatis est prioritas realis, non intellectualis, unde ... semper timor procedit. Alioquin si ... realiter possunt ... idem se ipsum realiter praecedere quia ... diuersas considerationes idem potest esse prius se ipso.

Objicies 1.° introductio formae nouae est causa corruptionis ueteris, et corruptio ueteris est causa introductionis formae nouae: 2.° ingressus ... est causa aperitionis fenestrae, et aperitio fenestrae est causa ingressus ... 3.° carbo ignitus est causa caloris in aere ambiente et calor in aere ambiente est causa caloris carbonis ignitis. 4.° duo carbones approximati se mutuo calefaciunt: quinto manus manum calefacit et una alteram. Sexto duo baculi ... inclinati sibi mutuo causant existentiam in tali ubi.

lapides duo vel pilae in se invicem impulsae sunt sibi mutuo causa resiliendi;

R. ad 2.m duo illa negando, etenim sunt quidem effectus simultanei et summe inter se connexi, at non sunt sibi mutuo causae, siquidem si de primis duobus sit sermo, effectus isti proveniunt ab agente naturali, ita componentes generanti ut patiens materia ... tendentem ad destructionem, quae cum fieri non possit sine generatione alterius, necesse formam congruam novam introduci. Si vero de duobus 2.is, istorum causa est impetus aeri impressus. Ad dicta, dicendum aut sequi quod alias et e contra, nam si fides scilicet sumatur significat connexionem seu praesuppositionem, ut verum est, nam stricte ex causalitatis ratione contendat, propositio est falsa, videlicet negata.

Ad 3.m calorem in aere ambiente non esse causam caloris in carbone quoad primum esse, sed solum quoad conservari. Ad 4.m dicendum ad 1.m se mutuo calefacere, 2.m diversos modos calefaciendi, etc. Ad 5.m ad manus manum calefacere, sed per manuum fricationem sanguinis per causam manus calefieri ad extra; ... gravitate sive soliditate, et diverso modo quo aequilibrium ... ab aequali pondere causatum, ... non sit ... ratio cur una sane descendat, et altera aequilibrium, ita in casu. Ad 7.m pilas resilire a quo impetus est aequalis, et ipsae sunt solidae, ut supra diximus.

Q. de Causa efficiente

Art. 1.us

Quid sit causa efficiens

Philosophus 2.o Physicorum textu 29 efficientem causam definivit: id unde est principium mutationis primum aut quietis, sed cum obscura nimium mihi videatur Aristotelica haec definitio, aliis theologis placuit hanc definire, ut quod principium influens esse in aliud, et

6 Dividitur in causam 1am et 2am: 1a est illa, quae a nullo pendens causante operatur, et huic caeterae omnes subjiciuntur. et haec est solus Deus. 2a est quae in agendo a 1a dependet, ita ut sine illa agere nequeat, et tales sunt omnes creaturae. Et

1o dividitur in generalem, quae etiam aequivoca dicitur, estque illa, quae ad multorum cuiusque effectus producendos se extendit, ut sol, et in particularem, quae etiam univoca appellatur, estque ea, quae effectus suos producit contentos tantummodo sub aliqua specie determinata ut homo hominem generans.

2o dividitur in principalem, et instrumentalem: 1a ea est, quae virtute propria, 2a quae aliena operatur.

3o principalis dividitur in causam per se, et per accidens. 1a ea est, quae ex instituto naturae suae determinatur ad effectum producendum, ut medicina in ordine ad sanitatem. 2a quae citra ullam intentionem sed praeter intentum effectum producit, ut venenum ad sanitatem.

4o causa per accidens dividitur in fortunam et casum. Fortunae tribuuntur prospera, casui autem adversa. Sic cum quis cupiens amicum alloqui illum statim invenerit, dicitur fortuna. At si amicum inquirens hostem offenderit, qui vulneravit, casus dicitur, pro quo tamen saepe fortuna, casus promiscue sumuntur. Ethnici autem supra omnes causas fatum ponere solebant, cui rerum omnium eventus adscribebant, et tantam firmitatem ei posuisse videbantur, ut [illegible] ipsi Jovi dominaretur, quemadmodum colligitur ex hisce carminibus Publii Ovidii L. 9 Metamorphoseos, qui Jovem Nos turbida seditione commotos alloquentem inducit

Quo ruitis? tantumne aliquis sibi posse videtur,
Fato quoque ut superet?
Me quoque fata regunt, quae si mutare valerem,
Nec nostrum seri curvarent Aeacon anni
Perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet

Culminis meo qui propria amore vincit
Ponderosa dispicit, nec quo prius ordine regnat.
Sed longe absunt a Viris catholicis vel ipsa vel nomina fati, fortunae et casus.

5°. dividitur in totales, et partiales. 1ª quae absque alterius causae concursu totum effectum suum ponit: 2ª quae alterius causae concursu indiget.

6°. in proximas et remotas. 1ª, quae per se ipsam effectum suum immediate producit uti ignis vel calor relate ad hunc; Altera, quae mediante alia causa primo ipsa operatur, uti est Avus ad nepotes.

7°. ex diversitate terminorum dividitur in substantiales quae ad substantias formant, et in accidentales, quae ad accidentia se extendit.

8°. ex diversitate modi agendi dividitur in instantaneas, et successivas, in immanentes, et transeuntes operantes. 1ª est, quae totum effectum suum simul producit. 2ª quae illum successive ponit. 3ª quae effectum, quem producit, in se ipsa recipit, ut huiusmodi causandi genus solis viventibus congruit. 4ª quae extra se agit, et cuius actus in alio recipiuntur, ut vel relate ad illuminationem corporis.

Articulus 2us

An aliquae causae efficientes competant Creaturis

Non est hic sermo an Angelus vel Homo dotati sint virtute vere et proprie activa ac operativa, id enim aperte constat ex variis Scripturis et ex conciliis et ex quotidiana experientia, sed vero de illis, in quibus nulla spiritualis forma reperitur. Cartesius in hac parte sequens qui ad substantias crassas Philosophorum, praesertim a Vicendon Platonis, omne ademit principium activum docuitque Deum omnia ex se solo operari ac efficere ad praesentiam rerum creatarum; hinc nec aquam humectare, nec ignem urere, nec ignis in ligno ignem producit, nec Terra germinat herbas, sed Deus ad Terrae praesentiam herbas, ad ignis ignem producit, ad aquae humectationem, ad ignis praesentiam praestat ustionem, ut firmum semper maneat decretum illud, quo statuit talia semper efficere in talibus et talibus circumstantiis

16

ac concurrentibus rerum quibus ipse utitur, tanquam causis occasionalibus
ad illos effectus ponendos qui talibus in casibus habentur. Locus autem
in quo reperitur hoc decretum a Cartesio non assignatur, ideoque tiro
non immerito dici potest reperiri in pagodis, et spatiis imaginariis.
Atque adeo ut sententia haec, quam D. Thomas, totaque Suarez cum
eruditis genere, ceterique boni nominis Philosophi ac Theologi male
tractant in fide, qualis est apparet.

Assertio: creata etiam corporea tantum ac naturalia veras habent virtutes ac-
activitates efficientes intrinsecas.

Probatur 1° ratione: habere virtutes ac activitates efficientes intrinsecas non
repugnat rebus creatis corporibus ac naturalibus, immo maxime consentaneum
est earum perfectioni et summae Dei liberalitati, ergo Deus qui omnes
in sua natura perfectas condidit, contulit illis connaturales virtutes
ac activitates efficientes intrinsecas. Probatur antecedens quoad 1am partem: habe-
re virtutes ac activitates efficientes intrinsecas non excedit perfectio-
nem creatam et finitam, ergo. Probatur antecedens: ea virtus non excedit perfectio-
nem creatam et finitam cuius termini multis indigent, et in multis deficiunt,
sed tales sunt termini actionum rerum corporearum: siquidem ut sint indig-
ent subiecto praeexistente et dependent ab aliis ... sunt ...
sed una pars ... ergo. Probatur modo idem quoad 2am partem: siquidem
omnes creaturae pro modulo suo sunt immagines et similitudines Dei, tanquam
ab ideis divinis tanquam ab exemplari dependent, ergo habere virtutem
efficientem consentaneum est earum perfectioni. Probatur consequentia: si res etiam
naturales sunt immagines et similitudines divinae, ipsae aliquo modo
debent esse bonae, sed si etiam ipsae sunt bonae, debent aliquo modo
aliis communicare suam bonitatem, quam a Deo acceperunt, omne enim
bonum pro modo suo est diffusivum sui; ergo si res etiam mere naturales sunt
immagines et similitudines Dei, debent etiam ipsae suam bonitatem commun-
icare, at qui hanc communicare non possunt, nisi causae ipsae habeant

virtutes, et activitates efficientes intrinsecas; ergo huiusmodi rebus materialibus habere
est maxime consentaneum creaturarum perfectioni: probatur tandem 3.° 2.ae
partis: Deus ut inquit etiam Plato in dialogo de natura bonus est,
et liberalis nec tenacitate nec ulli invidet, ergo consentaneum est summae Dei
bonitati ac liberalitati communicare creaturis iuxta earum capacitatem
aliquid de infinita sua activitate, ergo hanc communicavit, in his enim
quae conditae sunt Deus parcus non est, ergo nec talis fuit cum rebus etiam mere
materialibus ex hoc demonstro

Probatur ex scripturis: Sapientiae XIX vers. aquae tribuitur vis omnia extinguendi, et igni vis
comburendi ex miraculo accidit, quod aqua non extinguat ignem ibi verbis:
Quod mirabile erat in aqua quae omnia extinguit plus ignis valebat, et ibi-
dem, et alibi etiam pluribus in locis tribuitur leonibus, et muribus vis mord-
endi, serpentibus venena occidendi; Genesis [illegible] 1.° c.° generationibus [illegible]
clarissime evidentissime insinuantur etiam in rebus materialibus hanc vim
effectricem intrinsecam, denique versiculo XI inquit Deus: Germinet terra
herbam virentem, et facientem semen et lignum pomiferum faciens fructum iuxta
genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Rursus versiculo
XX: producant aquae reptile et volatile & benedixitque eis dicens crescite et multi-
plicamini et paulo infra producat terra animam viventem in genere suo, et
non multo post loquens ad Adam et Evam ait: Ecce dedi vobis omnem herbam affe-
rentem semen super terram, et universa ligna, quae habent in semetipsis se-
mentem generis sui. Ergo si aqua habet vim omnia extinguendi, ignis
omnia comburendi, terra germinandi herbas, et lignum pomiferum, aquae
producendi reptile, et volatile, et pariter terra producendi universa ligna,
et si horum semen est in semetipsis certo etiam res materiales in earum
conditione a Deo acceperant virtutes et activitates efficientes intrin-
secas, aliter Deo obtemperare ut continuo faciunt, nequirent, sunt enim
iubentur ea, ad quae virtutes non habent. Praeterea in novo testamento Marci
4.° aliud (nempe semen) cecidit in terram bonam et [illegible] dabat fructum.
Et paulo post: terra fructificat [illegible] herbam, deinde spicam, deinde plenum

frumentum in superficie immi... xxi: videte ficulneam, et omnes arbores cum producunt jam ex se fructum. Quid dicitis, quod est nisi insipiens virtutis, et activitatis efficientis, quam rebus materialibus adimere potest, aut dari insipiens dicere, erit improprias esse has locutiones

R. ex Patribus et 1.° ex D. Dionisio c.° xv coelestis hierarchiae citato a D. Thoma 1.ª p.ª q.ª cxv A.° 1.° inter ceteras proprietates ignis assignat, quod ad suscipientem materiam manifestat sui ipsius magnitudinem, et activus, et potens. 2.° D. Basilius Omelia 5.ª notavit ex verbum capitis 1.i genesis imposuisse naturalem efficaciam continuo efficiendi rerum generationem, et corruptionem, et vicinus id prestat D. Ambrosius L.° 3.° hexameron c. 8.° et per totos libros 4.um, et 5.um cuius verba longanimius esset in medium afferre. 3.° D. Augustinus L.° 3.° de Trinitate capitibus 7.° 8.° et 9.° docet indidisse Deus elementis, et aliis causis creatis seminales... rationes: et rursus L.° 7.° de Civitate Dei c.° trigesimo de Deo loquens ait: Sic omnia quae creavit administrat ut etiam sinat proprios motus exercere, et agere... quod si verisimile intelligendum, cum iuxta sensum SS. Patrum, et Philosophorum virtutis aliquam, virtutis, et activitatis efficientes intrinsecam etiam in rebus mere materialibus, et imprudenter ab adversariis excluditur.

Dices 1.° contra 2.am probationem. Stat quod creaturae sint bonae quin efficienter sint communicativae: R. sufficit quod sint occasiones quibus ipsi divini boni se communicet aliis creaturis. 3.° si ipsae creaturae aliis effective communicarent in operando eius Dei communicatio hoc creaturarum naturam excederet, 1.°

Sed contra n.° 2.us creaturae ... boni est se communicare... creaturae... immaginem, et similitudinem Dei ... bonae debent etiam se communicare effective, et non tantum ut occasiones, quae profert n.° et 2.us ...

nullo conveniant cum Deo suo exemplari, quia si effectivum communicant, neque per hoc in operando cum Deo convenirent, hinc nego 1am 3ae. Siquidem Deus operatur primo modo perfectius et universali, creatura vero solum dependentia a Deo modo imperfecto et particulari, ergo.

Deus contra 2am probationem ex citatis scripturis, ex quibus nihil inde infertur pro illis; ad 1am probat. dico verbis illud imperativum germinet, sicut et alia verba similia posita sunt ad innuendam summam, quam Deus habet creandi facilitatem, iuxta illud psalmi LXXXXVIII ipse dixit et facta sunt, ipse mandavit et creata sunt, sicut dum dixit fiat lux, et facta est lux, de altero omnia per se ipsum operatur Deus. Ad 2am vero dum Deus dixit: germinet terra et producat, et non dedit corporibus vim intrinsecam effectivam, sed illa statuit ut occasiones seu occasionales causas, quatenus in talibus rerum dispositionibus determinatur Deus ad tales effectus producendos, ergo.

Sed contra: si ita est, repeti hic potest illud Poetae Clari in praefatione suae Philosophiae, videlicet

Non aliter certo Rector [illegible] ut aiunt
Ipsemet exequitur sua iussa, et quod fieri vult
Efficit ipse unus, cum non sit idoneus ullus
In grege servorum, qui par sit rebus agendis.

Videant ergo Adversarii cui comparent Deum nostrum, dum dicunt post imperium creaturis indictum ipsummet exercere quae aliis dixit, et rejecto post imperium in aliis indicto, etenim est mei iudicii et arbitrarii dicere verbo germinet, producat, esse imperativa. Ad in formam 2a, dico eam adducti probationibus, quas concedimus et nos, sed omni robore contendimus persuadere habilitatem, quam Deus habet creandi facultatem, itaut facilius Deus creet, quam homo loquatur, ut ipse bene inquit eruditus exponens illud psalmi 148 ipse dixit et his verbis: quemadmodum fili facile est aliquid dicere, ita Deo facile est creare quae vult, et multo facilius, ut [illegible] omnia possibile est divinae facultati magnitudinis demonstrare. Sed quid officit haec creandi facilitas, ut Deus etiam creaturis vim effectivam intrinsecam concesserit?

Nihil profecto omnino immo non habet fundamentum asserendi Deum potentias potentes pro modo suo constituisse et conservare, videlicet explicandi verba generis cum Basilio, Ambrosio, et Augustino de vi effectrice creaturis concessa. Praeterea cum in eodem c. dicitur: produxit terra herbam virentem: si Deus non terram solam productivam et ista unica fuit omnium causa? Cum dixit Deus: ecce dedi vobis herbas, et universa ligna, quae habent in semet ipsis sementem, si in se sementem hanc non habent sed sunt mere occasiones. Potestne dici colores qui sunt mere occasiones pingendi ex se picturas efformare? Non sane, quia tunc improprie detorquentur verba Scripturarum?

Objicies 2°: si causae corporeae vim effectricem intrinsecam haberent, semper, et perpetuo moverent, sed hoc cum experientia pugnat, nam ex quo terra non semper effective movet. Ergo. Probatur sequela majoris: Si causae corporeae haberent dictam auctoritatem, haec esset in illis tanquam in agentibus necessariis, sed hoc dato semper, et perpetuo moverent, nam agentia necessaria semper in eodem statu perseverant.

R. dist. maj. si causae corporeae semper, et perpetuo moverent, si semper, et perpetuo a se motrice extrinseca determinarentur, concedo maj., si non, nego maj. et con. min. nego conseq. Ad probationem dist. maj. si causae [illegible] haec esset in illis tanquam in agentibus necessariis, sed non semper a lui motrice extrinseca determinatis conc. maj. semper determinatis nego maj. et dist. min. si esset in agentibus necessariis semper determinatis, conc. min. non semper determinatis nego min., et conseq. Ratio disparitatis in actu 2° requiritur in causis efficientibus corporeis praeter virtutem motricem intrinsecam aliquam extrinsecam determinationem. Hoc posito quamvis causae corporeae in ordine ad sibi connaturales actus efficiendos se habeant ut agentia necessaria, tamen non semper illos actus efficiunt, quia non semper determinantur ab aliqua extrinseca sicuti potentiae animae rationalis in ordine ad actus intellectionis

et volitionis efficiendae sit potentia necessaria indiget tamen ab aliquo actu intellectus et volitionis eliciatur determinari ab obiecto externo vel speciebus in mente existentibus, sicuti nec ignis combureret quamvis agens necessarium nisi ab agente extrinseco determinetur. Quare de ratione agentis necessarii est effectum semper praestare quando est determinatum et existunt omnes conditiones requisitae ad agendum, ut videtur de illis [illegible] se solo et cum omnibus conditionibus effectum producere, ad [illegible] habere [illegible] ad illum efficiendum.

Dices 2°: in hac sententia necessario est admittendus processus in infinitum, et probatur: illatio, haec vis motrix extrinseca ut determinet [illegible] ad agendum debet ab alio determinari, hoc autem ab alio, et sic de ceteris. 3°

2: Probatur antecedens: nulla res potest a se ipsa moveri, sed aliquid quiescens posset sibi motum imprimere quod tamen est falsum, quia quod per se quiescens est immobile, nihil autem immobile potest movere nullo Deo excepto [illegible]

Sed contra 1°. concedo ad probationem 2°: antecedens, ad eius probationem dist. ant. nulla res potest a se ipsa moveri independenter ab omni determinatione extrinseca C. ant., dependenter ab aliqua extrinseca determinatione N. ant., et sic ad illud dependo N. consequens. Quamvis enim causae efficientis [illegible] necessarium sit agens extrinsecum ut conditio, nullo tamen [illegible] necessitas, quod etiam hoc agens extrinsecum ab alio moveatur, experientia quotidiana docente, nam ignis supposita approximatione [illegible] nec ulterius requirit aliud agens extrinsecum determinans, sic [illegible] efficit, sit corpus [illegible] ad motum determinatur vel per [illegible] alicuius, vel per [illegible] quod [illegible] proportione dici potest etiam de aliis [illegible], unde non video adductum processum in infinitum [illegible] fundamentalis [illegible] extrinsecus nec habet nec exigit necessario [illegible] determinet causas efficientes intrinsecas. Quantum pertinet ad rationem fundamentalem [illegible] probatio argumentatur [illegible] animas rationales [illegible] [illegible], et [illegible] quod tamen [illegible] requirit [illegible]

hinc argumentum universaliter loquendo est falsum, etsi de omnibus
rebus corporeis sit sermo; nemo fatetur nullum corpus quicunque
posse a seipso moveri, positis omnibus determinationibus ad genitum
tali determinatione causalibus in actu [illegible] sit in actu [illegible]; nam ablatis
ablatis illis motus a Deo inditus corporeis causis actu operatur.
Aliquis 2° cum Avicembron omnis substantiae corporalis concludit quantitate
sed quantitas impedit substantiam a motu et actione, ergo omnis
substantia corporalis quantitate conclusa impedita est a motu
et actione. Probatur minor quantitas comprehendit substantiam et
quodammodo illam alligat, unde quasi signum evidens est, quod quanto magis
accreverit quantitas corporis, eo gravius est corpus, et inhabilius ad motus.
3° [illegible]
R. cum D. Thoma q. [illegible] maiorem et dist. minorem quantitas impedit
substantiam a motu et actione, id est ne sit agens universale et minus
ab omni motu et actione non [illegible] negatur. Ad probationem dist. ant.
quantitas comprehendit substantiam illamque alligat ut sit agens
particulare [illegible] ut nullo modo sit agens [illegible] et negatur. Qu-
antitas impedit quidem formas corporales ne sit agens universale
in quantum formae individuantur pro ut est in materia subiecta quantitati
non vero ne sit agens particulare. Et ratio D. Thomae est quia agere, seu
efficere quid nihil aliud est quam facere aliquid actu est per se proprium
formae in quantum est forma, unde ex hoc quod aliquid est forma
non determinata per materiam quantitati subiectam habet quod sit agens
indeterminatum et universale, et ex eo quod est determinata ad hanc materiam,
quia materia concludit universitatem rationes agentis universalis
et ad agentis contractam et particularem, siquidem quantum aliquid partici-
pat, necesse est quod participet id quod est ei proprium, atqui substantia
corporea etiam quantitate conclusa participat de forma cuius proprium
est agere, ergo participat etiam de actione, quae actio ideo non impeditur
omnino a quantitate in substantiis corporeis. Signum enim quod inducitur

de ponderositate corporum non est ad propositum et bene inquit Angelicus 1° quia additio quantitatis non est causa gravitatis; 2° quia falsum est quod ponderositas scilicet motus fortior fiunt quanto aliquid est gravius tanto magis movetur motu proprio. 3° quia acio non fit per motum localem, ut quidam putant, sed per hoc quod aliquid reducitur de potentia in actum.

Obijcies 3° cum Democrito virtus corporum activa sunt, vel sunt activa in ordine ad formas substantiales vel accidentales, sed neutrum dici potest, ergo. Probatur 1° pars minoris quoad 1.um quia in corporibus nihil activum invenitur nisi aliqua qualitas quae est accidens, sed accidens non potest esse causa formae substantialis. Ergo. Probatur quoad 2.um accidens non se extendit ultra suum subiectum, ergo nullum corpus est activum.

R.º n. minorem ad cuius 1.am probationem ea maiorem distinguo minorem accidens non potest esse causa formae substantialis operando ex sola propria virtute concedo; operando in virtute formae substantialis nego minorem et consequentiam. Qualitas enim activa ut calor, etsi sit accidens agit tamen in virtute formae substantialis sicut eius instrumentum, et ideo potest agere ad formam substantialem. Sicuti ut calor naturalis in quantum est instrumentum animae agit ad generationem carnis, ut accidens vero agit virtute propria. Sic in terminis Angelicus loco citato supra. Ergo vero sentiunt substantias esse immediatas productivas substantiarum in motum, quod D. Thomas concedit, siquidem in corporibus reperitur formae substantialis cuius est agere, et quae est substantia. Ad 2.um partem probationis distinguo minorem accidens non se extendit ultra suum subiectum quoad esse concedo, quoad operari subdistinguo, et consequentiam. Calor enim qui est accidens operatur etiam ultra quod est calidum.

Obijcies 4° res creatae non sunt ex se sufficientes ad existendum, ergo a fortiori insufficientes sunt ad dandam alteri existentiam. Ergo.

R.º concedo antecedens, et distinguo consequens ut causae primariae concedo consequentiam, ut causae secundariae indigentes concursu 1.ae causae nego consequentiam. Dum causis corporeis vim effectivam tribuimus, illis tribuimus ut sunt 2.ae causae divino concursu indigentes, quo posito effective operari dicimus et in hoc sensu sufficientes ad causandum alterum.

Obijcies 5° nulla creatura potest superare infinitam distantiam quae est inter esse, et non esse. Ergo non potest esse efficiens.

R. 2. per instantias 1° nulla creatura potest intelligere, et nulla nequit enim superare infinitas distantias, quae dat. inter esse, et non esse intelligendum. 2° nº suppositum antij, siquidem Deo semper creanti non dat. distantia infinita inter esse, et non esse. 3° quia distantia inter esse, et non esse comensuratur perfectioni entitatum rei, quae cum finita sit tantū rem existentem finite tantum distare a suo non esse, 4° perfectionem magis quam infinite, vel infinitum maius aliquid quod non, neque diversus distans inter esse, et rursus esse talis, esse est maior dari non posset, 5° infini-ita, nam 2° [illegible], nonne enim Deus infinite tantum distat a non esse? R. Proficiendo: neminem quero quare infinite distat a non esse, a non esse nisi quia respondebis infinitos habet gradus perfectionis; sed subsumo quod esse creaturarum non habet infinitos gradus perfectionis, ergo non infinite distat a non esse, ergo ad superandum distantiam inter esse et non esse sufficit virtus finita. Dei reperimus creationem importare virtutem infinitam, nam haec cum importat ratione rei creatae sed modi quo res creatur, qui perfectissimus est cum undequaque independens quod dici nequit de productione et generatione rerum
3° a

Objicies ultimo auctoritates ex scriptura, et Patribus. 1° Isaiae 44° de ipso Deus loquens ait: Ego sum Dominus faciens omnia, extendens Caelos, solus stabiliens terram, et nullus mecum et c. 2° omnia opera nostra operatus est nobis. 2° Psalmo 146° de Deo dicitur: Qui operit Caelum nubibus et parat terrae pluviam, qui producit in Montibus foenum, et herbam servituti hominum. 3° 2ª ad Corinthios duodecima. Deus operatur omnia in nobis, et 2° ad eosdem 3° Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 4° Augustinus de Civitate Dei c. 9° corporales causae inquit, quae magis fiunt, quam faciunt non sunt inter causas efficientes numerandae. 11 q. de Trinitate nullum corpus est activum. 3° contra gentes c. 69° inveniuntur in rebus aliquid aptum et non agens, sicut sunt corpora, aliquid agens, et non aptum, sicut Deus. Aliquid agens, et aptum, sicut substantiae spirituales, q. i. Deus ex scripturis omnia operatur Deus

et corpore, causas inter causas et sunt innumerandae, sine fundamento
admitti in creaturis ullis efficientia intrinsece.

R. ad in primis noto inter opera quae conspicimus aliqua pertinere ad mundi constitutionem,
alia ad mundi iam constructi conservationem in eaque fecunditatem quam [illegible]
nos intuemur: 1a profecto spectant ad solum Deum, ipse enim, ut quidquid est praeter
se existeret creator omnium tum visibilium tum invisibilium. 2a vero ad Deum
tamquam causam 1am, et ad creaturas ut causas 2as. Ad Deum ut causam 1am in omn-
ibus enim indiget natura divino concursu faciente ac adiuvante infirmitatem suam
et ad creaturas si quidquid sit est mere positivum se habet ad cursum suum et in productione
stabilis eam manet: His vero ad 1um dico textum intelligendum esse de operibus spectantibus
ad mundi constitutionem in suo esse, et quidem merito, loquitur enim ibi de Caelorum ele-
vatione et terrae firmitate unde nil mirum si haec omnia soli Deo adscribantur; si vero
vero eum sermonem esse de operibus 2i generis, fateor facere Deum operari omnia ut causam
1am non excludentem tamen creaturas tamquam 2as: ille enim idem Deus, de quo David dicit:
Operit Caelum, parat pluviam, producit foenum, et herbas. Moyse testante c. 1. Genesis ad haec
efficienda in consortium assumpsit creaturas dum dixit: Germinet terra herbam virentem, et
facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum et creaturas
assumptas idoneas invenit, [illegible] subditur enim statim, et protulit terra herbam
virentem & c. Et si solus in adducto textu non est ad excludendum creaturas ut causas
2as, sed ad indicandum Deum, qui omnia operatur ut 1a causa esse unum et solum,
subditur namque postquam significavit Hebraeis Deos nihil esse: Plurimi Idoli omnes
nihil sunt, qui non vident nec intelligunt. Ego sum Deus omnia faciens solus
ergo nil ex hoc contra thesim. Ad illud Isaiae c. 26 [illegible]
-tionis de causa 1a dico expressionem esse populi Iudaici [illegible] a Deo
et quid mirum si in hisce circumstantiis omnia sua opera [illegible] ad Deum
referant nonne hoc faciunt passim homines ad aliquem hominem in necessitate
sua, dum dicunt omnia mea tua sunt, omnia per te ad me pervenerunt [illegible]
ergo mihi [illegible] fuit iam responsum. Ad 3um Auctoritatem D. Pauli in nostro
sensu improprie adducunt etenim sensus Apostoli est ut docent [illegible] Theologi,
omnes homines nihil omnino posse in ordine supernaturali sine gratia

Dei quod certè est verissimus, immo et hoc argumentum contra adversarios adduco, et dico sicut Deus in supernaturalibus operat in nobis, et sufficientia nostra ex illo sit excludit opera nostra, ...hec includendo in naturalibus. Ad 2.um ex D. Augustini testimonium dico ibi doctorem locutum fuisse de cursu corporum comparatum ad Deum in quo profecto stante corpora tamen, immo nec spiritibus sunt connumerandi inter efficientes, et ... simpliciter, eodem nempe Doctore hec dicente: Omnia que creavit ita administrat Deus ut et ipsa proportionatos exercere et agere motus sciant: Ad 3.um cum D. Thoma Augustinus intelligendus de tota natura corporali simul accepta, que ad habet aliquas inferiores naturas infra se, in quas habet sicut natura spiritualis in corporales et natura increata in creatas, sed tamen unum corpus est infra aliud in quantum est in potentia ad id quod habet aliud in actu, unde ibi corpus ad corpus activum esse negat

Articulus 3.us

An causae efficientes ad operandum indigeant potentiis quibusdam superadditis et distinctis

Summa quaesiti est utrum in causis efficientibus admittendae sint potentiae, quae appellantur proxime distinctae operandi, vel utrum ... operentur per propriam formam sive naturam, vel ... substantia immediate ... quaelibet distinctorum potentias quod idem est ac quaerere utrum substantia sit immediate operativa, an tantum mediate, idest mediantibus potentiis sive accidentibus a substantia distinctis ...

Assero: causae efficientes ad operandum non indigent superadditis potentiis, sed per suam formam seu naturam, quae est earum substantia, immediate operantur.

Probatur. Si assignari necesse esset hujusmodi potentiarum a natura distinctarum, proderetur quod hae potentiae a natura emanantes sunt innumerae ... ergo ... hae potentiae vel emanant a forma seu natura jam producta, vel eadem actione producuntur qua forma generatur. Sed neutrum dici potest. Probatur 1.um non ... ... potentiae emanant a forma ... convenienter vel ... in illa emanant a forma activa connaturaliter, quod forma sive substantia in ordine ad has est immediate operativa ...

dicere vel a forma emanare medijs alijs potentijs de quibus tamen
idem dicitur erno, et sic vel admittendus erit processus in infinitus,
vel standum et deueniendum ad aliquam immediate productam, et si id
sit substantia erit immediate operativa cur non etiam ad quaslibet
alias operationes. Sc. Si vero in substantia vero passive recipiunt
1° non ex intrinseco suo sed per aliquid superaditum causæ efficienti
habent operandi facultatem, quod est contra immediatæ superaddibus
Articulus, quam potentiæ istæ non emanant a forma sed producta
sit neque possunt produci eadem actione, qua forma generatur, quod
2° loco probandum occurrit: Vnum adhuc grauior remanet difficultas
superanda: naturæ producuntur, ut aliquid distinctum vel non aliquid indi-
stinctum, si 2um habet intentum, si enim 1um per aliud non propria causa effi-
ciens sine operatiua, quod non 3°

Probatur. Sc. causa efficiens immediate operans, propter quod in ipsa est principium
operandi intrinsecum, sicut non per se sed per aliud erit operatiua, sed
id, quod in ipsa est principium operandi intrinsecum est propria substan-
tia, ergo causa efficiens est immediate operatiua per propriam substantiam,
probatur minor quidquid in causa efficiente inuenitur operationum propter hoc
principium ab ista distinguendum, quod vel hoc principium intrinsecum operan-
di est propria substantia, vel non per se sed per alienam sed tunc
causa efficiens est operativa et qui hoc 2um dicens est falsus, 3°
2us dicit, 2° ad quid superfluum has potentias in medium adducere.

Obijcies solvendo, quæ est immediate operatiuæ causis vera accidens, et de
facto tales sunt potentiæ in ea loco motiua in animali, refrigeratiua
in aqua, calefactiua in igne, ergo natura non est immediate operatiua

R. neg. ant. cuius probationes: Vnde dicas potentias loco motiuas ab animali
refrigeratiuas ab aqua, calefactiuas ab igne, posse adesse et abesse,
1° erunt accidens, vel ob hoc tanquam falsum. Sc. Cuius loco motiuus,
refrigeratiuus, calefactiuus alius, inquam, possunt esse et abesse etiam
2° et non accidens esse, et de facto adfuit in igne fornacis Babilonicæ

Ratione cuius causae, cum in suo operari a se dependeat, ab illa possunt requiri, nam potentia remanente substantia indestructa nequit abesse, cum nihil aliud sit nisi ipsamet substantia seu essentia causae, ab intrinseco efficientis, uti abesse nequit a corpore exigentia extensionis solidae, licet abesse possit actualis extensio solida; q.d.

Ar.us 4us

Quaenam presentia requiratur in causis efficientibus ut vires suas exercere valeant in subiectum sibi proportionatum

Presentia duplex est, alia suppositi, alia virtutis; Agens dicitur presens subiecto presentia suppositi per approximationem et contactum proprium ad subiectum, et sic sol presens est [illegible] ferro. Tunc dicitur presens presentia virtutis, quando et si presens non sit per suam substantiam subiecto, immo longinquus, presens tamen est per suam virtutem quae ab agente diffusa per medium intermedium transit, et pervenit usque ad subiectum circa quod operari debet, sic sol eminus est a terra, eminus per suam substantiam, cominus tamen est per suam virtutem, nempe per calorem, influxusque suos. Hoc posito

Assero in causis efficientibus ad agendum requiri saltem presentiam virtutis ad passum, hinc dari nequit actio in subiectum distans

Probatur si possibilis esset actio in subiectum distans nulla daretur sphera activitatis creatae, et posset agens creatum naturaliter ad quamcumque distantiam agere, ignis enim qua est medius calefaceret ad mille passus, quasi ad unum, vel alterum pedem, et qui experientia docente in agentibus creatis admitti debet aliqua activitatis sphera, per quam agens diffundat actionem suam, hinc ignis nonnisi ad certam et limitatam distantiam agit, immo si aliquod obiectum impedimentum occurrit iuxta paries, ibi eius constringitur virtus, sine obiectu [illegible] ad centum spatium species visivas ad oculos transmittit, et dat aliquod

corporis opaci medio, non agit, idipsum dic de sole ac qualibet alio agente,
2°. possibilis haudquaquam est actio in distans; illud est ab experientia
demonstratum, probatur itaque maior; si daretur actio in distans, agens per interiecta
corpora non impediretur, nec per interpositum medium debilitaretur; per istud
enim virtutem suam non transmitteret, sed si ab interiectis corporibus non im-
-pediretur, nec per interpositum medium debilitaretur, nulla daretur activitatis sphaera,
et posset ad quamcumque distantiam agere, nil enim esset per quod eius activitas limi-
-taretur, aut restringeretur. 3°. si possibilis esset actio in distans, nulla
daretur activitatis realis sphaera, possetque ignis naturale ad quamlibet distantiam
operari, atque non esset, cur certo tempore accedamus ad ignem, ut calefiamus, cum etenim
in distans agant causae efficientes, utrum autem hoc verum sit, nec tibi remitto, et
deduce illationes.

Ut plura, quae hic obiici solent experimenta facile solvas, scias oportet, a plerisque corpori-
-bus plura effluvia, seu veluti diversas qualitates continuo emanare, undique diffundi,
ac varias efficere impressiones, atque ad varias causas in substantiam sibi propor-
-tionatam; atque de hoc minime dubitandum est, siquidem hoc clare patet aliis
quam plurimis omissis, vel ex hoc uno exemplo, quod adducunt ex Hydrargyro, quo
utuntur artifices ad metalla purganda, dum enim ac invisibiles qualitates, dictis
vel effluvia exeunt, ut artifices ad declinandum gravem hydrargyri impressionem
aureum ore gestare coguntur, cui maravigliose dictis propensionibus adhaerent et tanta
copia, ut illud suo calore insinuant, et quia non omnes adhaerent, non raro ex
eorum capitibus aliisque corporis partibus hydrargyri guttae redundant; Hoc vero
per has qualitates, seu effluvia explicabis omnes eos effectus, qui prima intuitu
provenire censentur a causa distanti, sic ac influentia solis, lunae, astrorum, ac planetarum.
Basiliscus aspectu interficit; Oculi fascinant, id est laedunt infantium cerebrum.
Torpedo stupefacit brachium piscatoris. Magnes trahit ferrum. Succinum paleas.
Iaspis sistit sanguinem. Idem vero dicas de pisce remora, scilicet, quod naves quas
aufugit, sistit, fabulosum sapit, licet huiusce rei meminerit D. Augustinus, porro
Plinius, et non minus fabulosum sapit lapidem solo [illegible] inducere

et tympanum ex pelle lupina, si pulset, solvere tympanum pelle asinina confectum, nisi de hoc ultimo dicere velis, quod de aliis immediatè. Idem autem dicitur de unguento armario vulnera sanante, si applicetur ensi, vel si vulnerati vestis aliqua hoc pulveri, qui ex vitriolo calcinato conficitur, aspergatur, ne diu ridiculum, et superstitionem, vel communiori iudicio.

Dices licet supradicta per effluvia, seu qualitates emanantes explicari possint, tamen non nisi admissa actione in distans explicari, requirit 1.° quomodo immaginatio rei sibi molestae contrahat ventriculum. 2.° fundum lebetis tangi possit sine manus laesione aqua contenta ebulliente. 3.° Ignis oleum in papyro contentum ita ebullire faciat papyro illeso, ut pisces, ova, et carnes coquantur. 4.° immaginatio in feminis incinctis imprimat notas, et maculas in foetu. 5.° Corpus occisi ad praesentiam homicidae etiam nihil agentis sanguinem fundat. R.° &c.

Ad contra n.° aliis 1.us siquidem ex eo contingit, quia immaginatio causat in appetitu sensitivo quosdam motus, appetitus autem alios causat in nervis qui originem habent a cerebro, et per totum corpus diffunduntur, et per hos nervorum motus contrahitur ventriculus, et ex contractione oritur regurgitatio. 2.us vero evenit, quia aquae ebullientis partes aquae calidiores quia leviores sursum feruntur, et hae sursum elatae vaporem secundum calefactae quia graviores in fundum lebetis decidunt, et sua humiditate, et frigiditate particulas ignis in fundo lebetis dissipant, per lebetis poros penetrando. 3.us autem dico evenit, quia per calorem ascendunt puriores et leves olei particulae, et papyrum pervadunt crassiores, quae papyri combustionem impediunt, adverto tamen quod consumptis etiam crassioribus particulis papyrum quoque comburitur, ut quoque calefit fundus lebetis postquam diu aqua ebulliit, adest calefactis omnibus aquae particulis. 4.us contingit quia phantasia vehementer in feminis incinctis excitata ac fixa, spiritus trahit, ac colligit in eam corporis partem, quam tangit.

(ratenius dicto, maiorum efformant nisi mater in aliquam [illegible] [illegible])
vapores terreos, melancolicos, et uvidos, quibus illa abundant, et hi iuxta
varias imaginationes, quae apprehenduntur, excitantur, ac moventur, et sistunt
ad quas deferuntur. quo tenerius est, pertinacius adhaerent, ita ut cum
illo incrementum suscipiant, ut contingit in parvo cortice tenellae adhuc
plantae impressis, quae crescente arbore, et ipsa magna evadit. Ad 4.um [illegible]
fides ab ipso ubi nec credo quod dicitur de memoria [illegible] vulgo [illegible],
scilicet quod tandiu durent, quamdiu ipsa memoria, et ipsa immortuae [illegible]
esset unde ex his nullum fundamentum desumendi possibilitatis actionis ita
suppositum dictam

Liber 3.us

De Causa Finali

Articulus 1.us

Quid et quotuplex sit finis.

Nomine finis, seu causae finalis intelligitur propter quod aliquid fit. Hinc omne id, quod apprehensum tanquam bonum sive ex indebitum in utilitate, sive [illegible] solum appareat, allicit voluntatem ad illud procurandum per positionem mediorum, induit rationem causae finalis, seu finis [illegible] in [illegible] [illegible] acquisitio apprehensa ut bona et conveniens [illegible] est finis propter quem seminarium hoc ingressi estis, et ea hoc sit tibi

Corollarium 1.um

Finis ut moveat debet apprehendi ut possibilis, etenim sicut impossibilis apprehendatur non movebit, sicut etiam non movebit si apprehendatur ut inutilis. Etenim in tantum movet, in quantum debet acquiri, quod ut moveat nec sub ratione vel impossibilis, vel [illegible] debet apprehendi quod enim ut impossibile iudicatur, aut ut obtinendum. Ulterius requirit volitionem ad positionem medi-orum, nullus enim agens frustra operari desiderat.

Corollarium 2.um

Finis apprehendi debet ut bonum, nam malum per se solum voluntatem non allicit, sed ad executionem sui retrahit, nemo enim sibi inimicus esse potest, ut malo

omnes abhorrent.

Finis, de quo agimus dividitur in finem qui, cui, et quo. Finis qui est bonum quod intenditur: finis cui est persona, cui bonum intenditur: finis quo est sunt media, quibus bonum assequi intendimus; sic enim gratia finis qui eorum ingressus in seminarium, est scientia acquirenda, finis cui sunt ipsimet, finis quo sunt studium, circulus, et scholae argumentationes. Finis autem cui non semper sibi sed et alteri intendi potest. sic finis cui verbum divinum humanam carnem assumpsit fuit homo verus a peccatorum vinculis solvendus.

Finis iterum qui subdividitur 1.º in finem operis, et finem operantis. Finis operis est ille, ad quem opus ex natura sua est ordinatus, ut acqui-sitio scientiarum ad quem ex natura sua ordinatur studium. Finis vero operantis est ille, quem operans sibi proponit assequendum, si v. g. quis studeat, ut ob aliis honoretur, eius finis erit honor ab aliis assequendus.

2.º in finem ultimum, et non ultimum seu intermedium. Ultimus est ille gratia cuius ex-era omnia fiunt, ipse vero nullius gratia fit. sic Dei gloria est finis ultimus eorum ingressus in seminarium, ad ipsam enim ordinatur scientiarum ac pietatis acquisitio, et ipsa ulterius non ordinatur. Finis intermedium est ille, cuius gratia alia fiunt, quod tamen in alterius gratia fit. Scientiarum ac pietatis acquisitio est finis, quem ipsi seminaristae ingre-dientes sibi proponunt, sed tamen in ordine ad Dei gloriam quam ultimo respiciunt.

Articulus 2.us

6 De Causalitate finis tum in actu primo tum in actu 2.º

Causalitas finis in actu 1.º est virtus finalizandi idest alliciendi voluntatem ad finem prosequendum: causalitas vero in actu 2.º est illud quod a fina-lizandi virtute causatur. Ut vero in quo utraque consistat doceatur.

Assero 1.º causalitas finis tum actu 1.º est eiusdem bonitas, per cognitionem propositam voluntati, huic cognitioni tribuunt finalizandi virtutem scholastici tantum per modum conditionis applicantis, seu proponentis voluntati,

bonitate obiecti.

Probatur 1a pars causalitatis finis in actu 2o: nihil est aliud quam vis, et potentia alliciendi et movere voluntatem ad sui amorem et ad eligendum media ad illius consecutionem, sed vis et potentia alliciendi voluntatem ad amorem et mediorum electionem est bonitas obiecti per cognitionem repraesentata; ergo causalitas finis in actu 2o est obiecti bonitas per cognitionem repraesentata. Minor constat ex terminis, probatur maior: quia in actu 2o potens movere ad sui amorem et ad eligendum media ad sui consecutionem requirit constitui, et in eo quod de facto diligimus quando amor est in actu 2o, et atque de facto eligimus media ad per amorem actualem dilectionem de facto bonitas obiecti, verbi causa, bonitas sanitatis, et media eligimus ad illam, puta sumptionem medicinae; secundum ergo, quia bonitas obiecti est vis potens allicere voluntatem ad amorem et mediorum electionem, ergo obiecti bonitas per cognitionem repraesentata est causalitas finis in actu 2o.

Probatur 2a: bonitas obiecti non allicit voluntatem nisi est ab intellectu proposita, dicente Aristotele: Nil volitum, quin praecognitum; et alias si cognitio voluntatem non movet ad sui amorem, ergo cognitio ad finalizandum [illegible] se habet tantum per modum conditionis applicantis seu proponentis voluntati obiecti voluntatem. 3o autem pars ab omnibus indubia conceditur. Probatur ergo 2a: illud movet voluntatem ad sui amorem, quod quando est acquisitum voluntatis desiderium non explet, sed cognitio bonitatis obiecti quando est acquisita voluntatis desiderium non explet, ergo. Minor est certa, siquidem quod absentes peroptant, est [illegible] [illegible], v. g. sanitatem quam absentes aegroti cognoscunt, ex tanto magis quiescunt. Probatur maior: Cognitio bonitatis ex ta sanitatis [illegible] quietat, immo illam maiori sollicitus reddit de illius adeptione; ergo cognitio bonitatis obiecti quando est acquisita voluntatis desiderium non explet, ergo non est illud, quod ad sui amorem voluntatem allicit, ergo non est quod finalizat, ergo cum ex alia parte requiratur, ut voluntatem moveat ad bonitatem obiecti assequendam, est mera conditio applicans, seu proponens voluntati bonitatem obiecti.

Obiicies: sine cognitione non potest haberi effectus formalis causae finalis; ergo cognitio non est mera conditio, sed causa finalis eiusque causalitatis in actu 2o

R.º 2.º arte n.º conseq.º Alius modus argumentandi, quo non parum utuntur, ad cuius
thesis considerandus plane inefficax est. Licet enim sine approxima-
-tione haberi nequit combustio, sine eo quod transeat per medium perveni-
-re non possum ad terminum distantem. Quis tamen dicet approximationem
esse causam combustionis, medium causam itineris, et adventus mei ad terminum
ad quem. Igitur ut videamus an cognitio sit causa formalis finis non
sufficit videre utrum sine cognitione haberi non possit finis, sed vid-
-endum est an ipsa ametur, et num propter ipsam eligantur media: Cum
autem cognitio nec per se ipsam ametur, nec ipsius gratia eligantur media,
dicendum in ipsam non esse sitam virtutem causativam finis.

Dices id, per quod causa constituitur potens causare est virtus causae; sed cognitio
est id per quod causa finalis constituitur potens causare finaliter, ergo
cognitio est virtus causae finalis, ergo in ipsa residet [illegible] virtus
finis.

R. contra dist.º maj. id per quod constituitur remote potens causare est virtus
causae, conc.º maj.; id per quod constituitur proxime potens, nego maj.; et dist.º min.
cognitio est id per quod causa constituitur proxime potens causare, conc.º
min.; remote potens causare, nego min. et utramque consequentiam. Quaelibet
causa ex se et per solam propriam entitatem constituitur in actu 1.º
remoto potens causare, cum quaelibet causa sit activa per proprias
virtutes, sicut ignis in actu 1.º remoto constituitur potens comburere
per propriam entitatem. At cum quaelibet causa creata sit limitatae
virtutis, per consequens multis affecta imperfectionibus, ut in actu 1.º prox-
-imo constituatur potens causare, variis indiget conditionibus, sicut ignis
indiget approximatione ad passum, et voluntas illuminatione intellectus
quia est potentia caeca. Hinc vero id per quod causa constituitur proxime
potens causare non est virtus causae, haec enim est ab intrinseco, sed mera
ad operandum conditio. Hinc cognitio obiecti conditionis naturam
induit, non virtutis, ergo.

Assero 2.º causalitas finis in actu 2.º est eo ipso, quia voluntas [illegible]
finis, et electionem mediorum: effectus autem sunt in omnibus quae [illegible].

antur in ordine ad finem.

Probatur 1° quia causalitas finis in actu 1° est aptitudo eius alliciendi ac movendi voluntatem ad sui amorem et electionem mediorum, ergo causalitas finis in actu 2° est actio qua voluntas ponit amorem finis, et mediorum electionem; causalitas vero in actu 2° nihil est aliud quam causalitas in actu 1° reducta ad actum.

Probatur 2° causa finalis est id, cuius gratia aliquid fit, seu propter quod res existit, cuius bonitas cognita est motivum propter quod efficiens operatur; ergo motivum ad quod est motivum eius subsistentia sunt illius effectus, sed nulla de hoc vera dubitatio esse possit.

Quaeres qui nam sint et quot effectus causae finalis.

R. sequentes esse: 1us quoniam est quidam amor inefficax et quaedam velleitas electio finis, quae vocatur simplex complacentia. 2us est amor efficax et determinata volitio qua absolute volumus finem consequi, et intentio dicitur. 3us est consultatio de mediis ad finem, quibus finem intentum consequendum; item dum consultamus de illis, cognoscimus media necessaria ad finem obtinendum esse vel nimis difficilia, vel non in nostra manu, unde desperatur: sin autem videmus illa esse in nostra manu sequitur illorum electio. 4us imperium voluntatis, quo imperat potentiis executivis eorum positionem. 5us executio finis. 6us fruitio, gaudium et quies. In hac autem re duo ordines actionum considerandi: alter qui dicitur executionis, et alter intentionis: ordo executionis est ordo actuum, quibus media et finis executioni mandantur; ordo autem intentionis est ordo actuum voluntatis. In illo prius spectantur media et inter haec prius remotiora, et inde per ordinem alia; in hoc vero prius finis, et inde media propinquiora, deinde alia per ordinem: ex quo natum est celebre illud adagium: Quod prius est in intentione, ultimum est in executione; et quod 2um est in executione ultimum est in intentione. Ut in exemplo de clerico pingue Beneficium, quod omnes fere ambiunt, optante: Quod prius est in intentione est pingue beneficium, 2° gradus praefectus, 3° studium theologiae, philosophiae, 4° assiduus studens, 5° ingressus in seminarium. In executione vero 1°

ut ingressus in seminarium 2º studium assiduum, 3º publica disputatio, 4º gradus baccalaureatus, 5º beneficium pingue.

Art. 3us

Variae expediuntur quaestiones circa causam finalem

Quaeres 1º an omnis actio humana sit propter finem

R. affirmative, et

Probatur: omnis actio humana ex ratione procedit, ergo est actus aliquid intendentis, sed id quod intenditur est finis, ergo omnis actio humana est propter finem

Objicies: multi homines etiam dum vigilant multa agunt absque praevia cognitione et deliberatione, sed istae actiones sunt actiones humanae, et tamen non sunt propter finem, ergo non omnis actio humana est propter finem.

R. concedo maiorem et minorem, nego consequentiam, argumentum enim continet ignorantiam elenchi adeoque fallax est: non dicimus omnes homines agere propter finem, sed omnes humanas actiones esse propter finem, in quo non leve datur discrimen. Omnis enim actio humana est actio hominis, sed non omnis actio hominis est humana: siquidem ut aliqua actio sit hominis sufficit quod ab homine procedat, quidquid sit de modo; at ut sit humana necesse est quod ab homine procedat cum praevia cognitione et deliberatione, omnis autem actio sic dicta profecto est propter finem, quod ad responsionem ... sufficit

Quaeres 2º an bruta agant propter finem

R. affirmative, sed modulo suo imperfecto

Probatur: bruta dum potius motus quos solent eliciunt, quo ipso agunt propter finem, sed modulo suo imperfecto, non enim intellectu dictata sunt, qui autem sit hic modus, et quomodo contingat suo loco in de Anima dicitur.

Quaeres 3º an etiam insensata agant propter finem

R. affirmative, sed non per modum actus eliciti, sed per modum propriae inclinationis.

Probatur: gravia descendunt, et non ascendunt, et levia ascendunt et non descendunt,
quia etiam intensive aguntur propter suum finem, sed ut per modum actus elicitum nullum
enim neque ad minimam cognitionem ejus in ipsis reperitur, sed per modum
proprietatis seu qualitatis intrinsecae, ut inveni tractatu de [illegible] propo-
sitione 1.a de gravitate, ad quam te remitto.

§. 4.

De causa exemplari

Articulus 1.us

Quid sit causa exemplaris

Causa exemplaris, seu idealis merito definitur forma mente concepta, ad quam
aliquid fit ab agente determinante sibi finem: Dicitur forma, intellige ad quam,
quia est forma ad cujus similitudinem aliquid fit: Dicitur mente concepta,
ad contradistinctionem exemplaris externi, seu moduli rei faciendae, puta ex cera,
vel ligno, quod sibi proponunt Artifices, siquidem exemplar externum est
unice medium ad habendum internum, quod perseverat in mente Artificis etiam
externo ablato. Dicitur ab agente determinante sibi finem. Satis enim non
est quod ad similitudinem formae in mente conceptae aliquid fiat casu, sed esse
debet ex intentione agentis. Sic si pictor nihil cogitans de Pompeio illius
immaginem exprimeret, immago haec non haberet rationem exemplaris ad hanc
picturam: Unde non sufficit ut aliquis ex idea dicatur operari, quod faciat aliquid
simile alteri, sed necesse est quod ut faciat aliquid simile alteri determinatum
a se ipso. Neque sufficit ad rationem ideae quod forma sit in mente, sed
ulterius requiritur, quod opus faciendum sit intra latitudinem potentiae [illegible]
operantis: Ex quo fit, quod formae corporeae naturalia [illegible] in [illegible]
-bus conceptae non sint ideae, quia exemplar [illegible] in [illegible] posse [illegible]
Dixi causa exemplaris non est causa physica, bene vero moralis, intellectualis.
Vide dicta de causa finali

Articulus 2.us

Utrum ratio ideae, seu exemplaris competat conceptui obiectivo, an formali

Asseri ratio ideae, seu exemplaris competit conceptui obiectivo non formali; [illegible] melius

assertio intelligatur quid veniat nomine
Ultimitus

Conceptus obiectivus est res ipsa ut existens in mente per denominationem extrinsecam a cognitione, sic conceptus obiectivus domus est ipsamet domus ut in mente existens per domus cognitionem. Conceptus autem formalis est cognitio extrinsece denominans obiectum existens in mente, sic conceptus formalis domus est cognitio, quam habeo de domo. Nunc vero

Probatur assertio. Idea est forma in mente concepta ad cuius similitudinem aliquid fit, sed conceptus obiectivus non formalis est forma in mente concepta ad cuius similitudinem res fit, ergo ratio ideae competit conceptui obiectivo non formali. Maior est ideae definitio, minor vero experientia constat: Etenim si quaeratur a statuario cui intendat assimilare statuam, quam conficit, respondebit profecto se non eam velle assimilare cognitioni statuae, sed statuae ipsi, quam habet in mente. Ergo etc.

Obiicies 1°. cognitio est forma in mente concepta ergo etiam cognitio potest esse idea.
Respondeo distinguo antecedens est forma subiectiva in mente existens concedo antecedens est forma obiectiva nego antecedens et consequentiam, forma quae intenditur ab operante non est forma quaelibet sed forma obiectiva, illa nempe cui assimilare intendit opus quod producit.

Obiicies 2°. Ideae divinae sunt conceptus formales, alioquin Deus [illegible] obiectis, ergo ideae creatae, quae sunt similes divinis sunt conceptus vere formales.
Respondeo negando antecedens ideae enim divinae sunt ipsamet divina essentia, quatenus perfectissime praecontinens formas innumerabiles ad quarum normam Deus increatus potest efficere opera sua, et vero quatenus obiective repraesentantur, ergo etiam in Deo ideae sunt conceptus obiectivi non formales, nec ex hoc sequitur Deum dividi ab obiectis, siquidem divina essentia et obiecta habent rationem [illegible] in Deo, in quo et creaturis ratio ideae competit conceptui obiectivo non formali.

Articulus 3us

Ad quod genus causae reducatur idea

Assero ideam reduci ad causam efficientem

Probatur. id, quod complet virtutem agentis reducitur ad causam efficientem, sed idea complet virtutem agentis, ergo reducitur ad causam efficientem: Maior est certa, siquidem eo modo

se habet idea in agentibus intellectualibus, quo forma naturalis in agentibus naturalibus; sed forma naturalis complet virtutem agentis naturalis, ergo etiam idea complet virtutem agentis intellectualis: probatur itaque maior: id quod complet virtutem agentis includitur in eodem genere causae, quo influit virtus agentis, siquidem tenet se ex parte illius; sed virtus agentis influit in genere causae efficientis, ut per se liquet; ergo etiam id quod agentis virtutem complet, ergo idea ex dictis complet virtutem agentis, ergo influit in genere causae efficientis, ergo ad causam efficientem reducitur.

Obijcies 2.o si idea reducitur ad causam efficientem etiam finis reducitur ad causam efficientem; siquidem etiam finis complet virtutem agentis, sed finis non reducitur ad causam efficientem, ergo nec idea.

R.o n.o maiorem causa finalis supponit agens completum in actu primo, et voluntatem ut exerceat agendi virtutem, at idea non supponit completam virtutem agentis artificialis, quinimo talis, sed complet, et agens sine idea non operaretur artificialiter, sed temere et stulte.

Obijcies 3.o idea est exemplar forma in mente existens, ergo ad causam formalem reducitur.

R.o dist. ant.: idea est exemplar forma ad quam, concedo antecedens, forma per quam, nego antecedens et consequentiam. Idea est forma ad cuius similitudinem aliquid fit, non forma constituens compositum in tali specie, ergo non ad causam formalem, sed ad efficientem est reducenda. Hic autem advertas, opportere operari ex idea ab extrinseco mendicata ex imperfectione de facto, convenit autem operari ex idea habita ex abundantia perfectionis, unde licet Deo repugnet operari ex idea in primo sensu, non illi repugnat operari ex idea in 2.o sensu, etiam de facto Deus, cui essentia propria est perfectissima rerum omnium idea, sic operatur. Licet repeteret, quia plura addenda superessent, ut minus imperfecta, quae undique imperfectionibus scatet, physiologiae generatio, in dicto cap. hic finem ... ingenio malleus ignorans censeri, quam eos aliquis in alijs scientiis ... exponendis cognitionibus defraudare, atque ideo sit finis. —

De Corporibus inanimatis.

Post amenam rerum sensibilium universitatem liberam contemplatione in superiori mensium spatio evagatus est intellectus noster Auditores studiosi; Aut cum haec de omnibus locuti simus expedit modo singulis corporibus ordinem suum per locum assignare, quod cum obtinere haudquaquam possit, quin Cosmographiam particularem hanc exponendam suscipio. Atque ut nominis Ethimologia non lateat advertendum dictionem hanc Cosmografiam ordium ducere a verbo greco Chosmo, quod apud latinos mundus sonat, hinc Chosmografiam nihil aliud indicare, quam mundi descriptionem Celum terramque complectentem. Porro Chosmografia dividitur in astronomicam, quae est scientia nos docens naturam, figuram, ac motum corporum celestium, et in geografiam, quae nobis omnium corporum terrestrium cognitionem tribuit. Eas vero ut ordine certo procedamus brevi hunc tractatum in duas seco disputationes in 1a quae ad astronomiam, in 2a quae ad geografiam spectant, exponam. Utraque perutilis erit utraque delectabilis, hinc quae ex his sitienter ponenda erunt ante ac scivisse, Deus hominem erectum fecisse, et alter Suevi penitus ignorasse. Atque cum vero sit homo inter ea per alta rotunda terris, et inmota vita relicta, haberi velit validi humeris insidere Atlantis, unde sit

Disputatio 1a

De Corporibus Celestibus

De Corporibus celestibus acturis expedit 1a Chosmografiae elementa in medium proferre, idque sit

§ 1us

De 1is Chosmografiae elementis

Articulus 1us

Quid sit sphera et quae naturae suae partes principaliores

Sphera proprie diffiniri solet corpus solidum unica superficie comprehensum in cuius medio est punctum quod centrum dicitur, a quo lineae ad superficiem ambientem ductae omnes sunt equales. Huius sphere partes principaliores 4or sunt, nempe superficies, centrum, axis, et duo poli: Superficies est linea illa spherica seu rotunda, intra quam figurae sphere soliditas comprehenditur: Centrum est punctum in medio sphere positum, a quo omnes lineae ad superficiem ductae sunt equales: Axis est linea centrum sphere secans circa quam sphera volvitur:

Poli sunt duo illa puncta, in quibus axis terminatur, qui omnia circuli libertatem ... figura. A B C D est sphaerae superficies, E centrum, B E C axis, B et D duo poli

Caput 2um

Quotuplex sit Sphaera

Sphaeram cum communiori sententia divido in armillarem, celestem, et terrestrem. 1a quae etiam artificialis dicitur, est instrumentum quoddam, cuius auctor fuisse dicitur Archimedes, constans variis lineis, punctis, circulis, aliisque huiusmodi institutum ad exhibendum nobis ordinem corporum celestium, eorumque motum. 2a quae et naturalis dicitur, est globus, in cuius superficie plures sunt depictae immagines significantes stellas in firmamento positas. 3a quae et ipsa naturalis dicitur, est globus, in quo omnia, quae in superficie sunt, videntur, clare distincteque intelliguntur, cum in huius globi superficie signata sint, quae in tellure conspiciuntur. 1a sphaera, de qua est hic agendum, vide in 1a figura

Caput 3um

Sphaerae armillaris explicatio

In sphaera armillari, quae hoc nomine nuncupari solet, quod ex diversis circulis quasi armillis constat, decem circuli 2. nobis representantur, quorum sex maiores sunt, alii vero 4or minores, sed antequam hosce circulos explicem, praemitto

Monitum

Quilibet Circulus sive magnus sive parvus dividitur in 360 partes aequales, quas gradus appellant; horum quilibet subdividitur in alias 60 partes, quas minuta vocant, quodlibet minutum in 60 alias partes, quas dico 2a. hinc dimidium circuli sunt gradus centum octuaginta, 3a pars 120, 4ta vero 90. Ex hoc autem intelliges quid denotant Astronomi quando in ephemeridibus dicunt ex. gratia nunc fit coniunctio Iovis cum Marte, oppositio Saturni cum Venere, quadratus Lunae cum Sole, trinus Martis cum Luna, sextilis Iovis cum Luna 2: Coniunctio enim unius planetae cum alio videtur esse in eodem gradu eclipticae, aut parum distantes. Oppositio unius planetae esse ab alio distantes 180 gradus, trinus 120, quadratus 90, sextilis 60 gradus ...

Sex circuli maiores sunt Horizon, Meridianus, Equinoctialis, Zodiacus, et duo Colori: hi sphaeram in duo hemisphaeria, id est in duas partes aequales dividunt.

4.° minores circuli sunt duo tropici, et duo colurj: Hi sphaeram in duas partes inaequales dividunt.
Inter maiores circulos hi tres nempe Horizon, Meridianus, et Equinoctialis, praecipue spectant;
et horum poli seu puncta dicuntur puncta cardinalia, idest principaliora sphaerae armi-
-llaris. Et ut melius dicenda intelligantur, sex horum punctorum positiones praemitto.

Itaque 1.° duo poli quorum 1.us dicitur articus a proxima stella quae arctos, et fassum (?) Ursam appel-
-lant, et 2.us dicitur antarticus a directe opposito articus, sunt extrema quae universa
mundi machina concipitur vertere, unde poli mundi dicuntur, et sunt poli circuli equinoc-
-cialis. 1.us merito ab alijs dicitur etiam septentrionalis, et quia supra orizontem nostrum emispherium
respicit, nobis est conspicuus, et 2.us meridionalis, et supra orizontem nobis emispherium [illegible],
hinc a nobis conspici nequit.

2.° duo poli seu puncta dicuntur verticales, quorum unus dicitur zenith et notatur littera z, alter
vero ipsi opositus nadir apellatur et notatur littera n. 1.us immediate verticis nostri
nostrum, 2.us nostris pedibus ex adverso subijcitur, hinc si intelligatur linea recta ducta
a zenith ad nadir, haec centrum terrae secabit, et sunt poli circuli orizontis.

3.° duo poli 1, et o sunt puncta veri ortus, et ocasus seu puncta, in quibus sol oritur et occidit
tempore equinocij; et haec sunt puncta poli seu circuli meridiani. Nunc autem de circulis.

Horizon 1.us circulus ex maioribus, quem signo litteris h o r 1 est circulus sphaeram dividens in
duas partes equales superiorem nempe et inferiorem. Siquidem ex duobus punctis nobis zenith,
zenith, et nadir, hae duae partes describi intelliguntur. Quapropter dum ex uno loco ad alium pergimus,
horizontem mutamus, quia mutantur zenith, et nadir. Hic autem circulus dum ab eminentiori
loco oculis circumducimus visus nostri fundit terminos, ac videtur coniungere terram caelo.
In hoc circulo exarari solent nomina ventorum, dies mensium, et gradus, quos sol percurrit
in zodiaco: Hinc ut scias in quo gradu cuiusnam signi sol sit quolibet die mensis
observa illum diem in Horizonte sphaerae armillaris, et e regione illius diei reperies nota-
-tum gradum signi.

Meridianus, quem indico 1 z o n est 2.us maior circulus qui ducitur per polos mundi, per 1 et o
ac per zenith z, et nadir n dividit sphaeram in duas partes equales nempe orientales,
et occidentales. Cum sol ad hunc circulum pervenit, medietas diei in se ostendit quia equaliter
tunc sol ab oriente, et occidente distat. Hinc puncta veri ortus, et ocasus 1 et o consi-
-derantur ut duo poli circuli meridiani.

Equinoctialis ab alijs equator, quem litteris e o b 1 significo, est 3.us circulus maior cuius extrema

in duas partes equales secare idest in meridionalem seu australem et in septentriona-lem seu borealem et tali nomine eo quod dum sol in eo consistat noctes sunt diebus equales, hocque contingit 1° circa XIII calendas Aprilis, 2° circa 9 calendas Octobris, tunc enim sol occupat medium locum inter duos polos mundi, qui sunt poli equatoris: Hi autem poli linea quadam imaginaria [illegible] coniunguntur [illegible] quae dicitur axis Mundi. Equator vero circumversione ab oriente in occasum metitur diem et eius dividitur inter centum sexaginta gradus, et dies distribuuntur in viginti 4or horas, singulis horis elabuntur quindecim illius gradus, qui super horizontem emergunt ab oriente, et infra horizontem descendunt versus occidentem.

Zodiacus a Greco Zodion, quod animal significat est 4us circulus maior oblique declinans inter polos Mundi vergens hinc ad tropicum Hiemalem in initio Capricorni, hinc ad tropicum estivum in initio cancri bifariam secat equatorem in duas partes, et vicissim ab eo secatur in initio Arietis, et Librae, [illegible] alterum sui parte [illegible] ab equatore est polus arcticus, alterum vero antarticus. In medio zodiaci linea quaedam dicitur ecliptica dicta, eo quod in illa fiant eclipses solis, et planetarum, ibique sol cursum suum annuum [illegible] ad contradi-stinctionem aliorum planetarum, qui ab hac linea ex utraque parte desistunt. Latitudo Zodiaci est sexdecim fere graduum, eius poli sunt [illegible]. Declinatio eclipticae ab equatore est viginti trium graduum cum minutis circiter triginta: Distant enim ab equatore initium Cancri, et initium Capricorni quae sunt puncta ecliptica dicta solsti-tialia, quia cum sol ad ea pervenit non amplius ab equatore recedit. Sol unum fere gradum zodiaci singulis diebus conficit, dixi fere nam gradus in ecliptica sunt 360, dies vero anni 365 praeter aliquas horas et minuta, et unum signum singulis mensibus. Puncta zodiaci equinoctialia sunt initium arietis, et librae, quae tamen non differunt a punctis veri ortus, et occasus L et O. In istis 4or zodiaci punctis incipiunt 4or anni tempestates, ver scilicet, estas, Autumnus, et Hiems.

Coluri sunt duo Circuli, qui se mutuo secant ad angulos rectos in polis. Alter vocatur Colurus equinoctiorum, quem signo litteris [illegible], quia tangit ea puncta ecliptica arietis semper, et librae, quae notant equinoctia, cum enim sol est in 1° arietis gradu fit primum equinoctium, et cum est in 1° librae gradu fit 2m, quod contingit diebus supra citatis. Alter vocatur colurus solstitiorum quem indico litteris E, S, N, quia tangit puncta ecliptica quae notant solstitia cancrum, scilicet et

Capricornus. Unum solstitium fit dum sol peruenit ad 2um cancri gradum, quod accidit XI° calendas Junii, quo tempore dies est longissimus, nox vero breuissima; 2um vero solstitium [illegible] ad 2um gradum capricorni, quod contingit XII° calendas Januarii quo tempore dies est breuissimus, nox autem longissima, quod sequentibus indico carminibus

Haec duo solstitium faciunt Cancer Capricornus,
Sed noctes aequant Aries et Libra diebus.

ut autem omnium signorum Zodiaci nomen habeas, haec alia duo accipe carmina;

Sunt Aries Taurus, Gemini, Cancer Leo Virgo
Libraque Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces

haec autem duodecim signa peculiaribus figuris exprimuntur. Aries enim arietis capite: ♈ — Taurus capite bubalo: ♉ — Gemini duobus gemellis, quorum brachia alterum connexa sunt: ♊ — : Cancer depravato Camaro: ♋ — : Leo cauda leonis: ♌ : Virgo virgae velo muliebri: ♍ — : Libra vase seu examine librae: ♎ : Scorpius cauda scorpionis: ♏ : Arcitenens sagitta: ♐ : Capricornus pede agri fune revincto: ♑ —— : Amphora, seu aquarius duobus rivulis: ♒ : Pisces duobus piscibus adverso dorso colligatis: ♓

Caeli hi duodecim signa sunt cuilibet alii complectuntur: describuntque [illegible] tamen ut 2um signum dicatur mobile, nisi [illegible] vel ingreditur contingit temporis mutatio a tempore in [illegible] vel e contra, 2um appellatur fixum, quia ut plurimum mutatio facta in 1° signo perseuerat. 3um communem vocant, quia hoc dominante signo tempus se accomodat partim 1° partim 2° signo, quod ut melius intelligas subiectum perpende schema

Horum ignorantia motu sunt stellae, quae errantes dicuntur, non tamen quia temere vel casu moveantur, sed quia non servant semper eundem locum. Aries vero asterismus constat stellis tredecim pulcris, et quinque informibus. Taurus viginti duabus et duodecim informibus: Gemini decem et octo, et septem informibus. Cancer novem et 4or informibus: Leo viginti septem et octo informibus. Virgo viginti sex et sex informibus. Libra 8o et informibus 49; Scorpio 21, et informibus 3. Sagittarius 31 equaliter. Capricornus 28, quarum duae in caude sunt splendidiores. Amphora 42or et 3 informibus, Pisces denique 34 non sunt tamen omnes pares. Ad rem nostram redeamus.

Itaque inter 4or circulos minores 1o occurrunt 2o tropici, quorum unus m. K describitur ad p.tes boreales a puncto solstitiali aestivo Cancri, alter vero g. h. ad partes australes a puncto solstitiali hyberno Capricorni: Dicuntur tropici a verbo greco tropos, quod significat conversionem, quia in tropico solstitii aestivi sol incipit se convertere ad inferius emisphaerium, et a nobis recedere, et tunc sol est in puncto cancri; et in tropico solstitii hyemalis in 1o puncto Capricorni incipit se ad nos convertere. Uterque circulus est parallelus aequatori, omnes enim circuli descripti a sole eclipticam percurrente sunt spirales, et opportune explicantur per funem, quem turno circumvolvimus ad auriendam aquam e puteis, nam funis si bene observatur, postquam pervenit ad radices, quibus utrimque turnus sustinetur, gyros similiter spirales replicat in alteram partem per eandem velut viam eo revertens unde discesserat: Ita et sol circulos spirales describit eundo ab uno tropico ad alterum, usque ad illum pervenit per eandem viam remeat eosdem repetendo circulos.

2o occurrunt duo circuli polares, qui per polos zodiaci describuntur, hinc utrinque tantum distant a polo vicino, quantum poli distant ab aequatore, idest 23 gradibus cum dimidio: Alterum 1us est f n dicitur borealis, seu articus: 2us x y australis, seu antarticus, et ambo paralleli sunt sibi, ac tropicis, sibi, ac aequatori. Brevis haec sphaerae armillaris notitia nobis sit satis, sic optime scio addendum esset sphaeram caelestem unam esse [illegible] sed non hic facile considerari possint [illegible] alibi in exercitiis geographicis [illegible] temporis angustiis adaptato, et subiecto.

Quaestio 2a

De variis mundi systematibus.

Mundi systema idem sonat ac mundi constitutio seu dispositio partium praecipuarum universi; hinc sequitur quod nihil sit mundi systema nisi aliud est quam scientia quo ordine sint dispositae partes principaliores universi. Sunt autem in hac re triplex sententia quarum una Nicolao Copernico Canonico Warmiensi, altera Ptolemaeo, et 3a Tychoni Braheo nobili Dano adscribitur. Itaque quid sentiendum sit de singulis

Articulus primus

Exponitur, et impugnatur systema Copernici

Praecipuarum universi partium constitutio, et dispositio per Copernicum sic se habet sequitur(?).
In medio tanquam in centro Sol ☉ immotus collocatur. Solem proxime ambit Mercurius ☿, qui spatio 80 dierum circuitum suum circa solem cursum perficit. Ad Mercurium sequitur Venus ♀, quae in suo motu circulari 8 circiter menses insumit. Ad Venerem proxime stat terra ♁, quae annuum spatium impendit in perfecta sui revolutione circa solem, circa terram stat Luna ☽ veluti in epicyclo, quae suum circa terram motum absolvit unius mensis spatio. Magnum terrae circulum cingit Mars ♂, qui duos annos in suo gyro insumit. Supra Martem stat Jupiter ♃ ita ut duodecim annorum intervallo percurrens(?). Supra Jovem volvitur Saturnus ♄ triginta annorum tempore, circa quem quinque satellites conspiciuntur, uti quatuor [illegible] prope Jovem, qui in epicyclo circa proprium planetam [illegible]. Tandem supra Saturnum sunt stellae fixae, seu immobiles, quod totum inspice figuram 3am. Insuper terra duplici gaudet motu, scilicet annuo, et diurno. Motus diurnus est ille quo terra in suo epicyclo fertur circa proprium axem spatio 24 horarum ab occasu in ortum. annuus vero est ille per quem successive signorum zodiaci singulis diebus in proprio magno orbe percurrit. Ex 1o motu habetur varietas noctis, et diei in unaquaque regione. Ex 2o sequitur solem nobis apparere modo in uno, modo in alio zodiaci signo, terra enim existente in ariete sol nobis apparet in libra quae est signum arieti oppositum. Insuper movetur axis terrae modo versus austrum modo ad septentriones, hinc inaequalitas dierum, et noctium. Atque haec est huius doctrinae synopsis(?), quae cum contraria sint fidei principiis

Assero Nicolai Copernici systema etiamsi in ipso bene omnia explicarentur esse rejiciendum.

Probatur. Illud systema etiamsi in ipso bene omnia explicentur. De quo tamen quaestionem nunc instituere nolo, est rejiciendum quod repugnat scripturae sacrae testimoniis, et

Sijstema Nicolaj Copernici admittentis solem immobilem, mobilem vero terram, opponitur sacrae scripturae testimonijs quae, mobilitatem allegando in ijs testimonia probantia solis mobilitatem, deinde illa quae terrae stabilitatem docent. Josue c.o X.o legitur: Sol ne movearis contra Gabaon, et luna contra vallem Aijalon, steteruntque sol et luna, et paulo infra: Stetit itaque sol in medio Coeli et non festinavit occumbere spatio unius diei. Ecclesiastes c.o 1.o: Oritur sol et occidit, et ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem et flectitur ad Aquilonem lustrans universa in circuitu. Quid clarius pro motu solis? Paralipomenon l.o 1.o c.o XVI.o commoveatur a facie eius omnis terra ipse enim fundavit Orbem immobilem. Et Ecclesiastes 1.o terra autem in aeternum stat, quo in loco Hebraica editio legit: terra fixa et consistens est. Quid evidentius pro terrae firmitate? Nec iuvat in improprium distorquere sensum adductarum auctoritatum; id enim non sine magna temeritate fit; Ut enim utar verbis Patris Riccioli: Brevissima pronunciatio omnes S. Patres omnes sacrae scripturae interpretes ab ecclesia non reprobatos, qui loca de motu solis adducta explicaverunt in sensu litterali intellexisse de vero ac reali motu solis etc.

Confirmatur. dictus Galileus assertor huius propositionis solem esse in centro Mundi immobilem motu locali, damnatus fuit ad   1616 sub Paulo 5.o et anno 1636 sub Urbano 8.o romanis Pontificibus, quia Nicolai Copernici sijstema fidei principijs opponitur quia rejiciendum etiam si in ipso omnia bene explicarentur.

Articulus 2.us

Exponitur et impugnatur sijstema Ptolomaei

Ptolomeus sequens antiquos Caldeos, et ex Philosophis Pitagoram, Aristotelem, aliosque quamplures in centro
universi terram constituit immobilem, supra terram aeris regiones, post illas ignem, deinde
Lunam, cui per ordinem succedunt Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter atque Saturnus, et
super hos stellas fixas collocabat. Singulis planetis proprium adaptavit Caelum, et unum admisit pro
stellis fixis, hinc octo per ipsum sunt Caeli, omnes tamen solidi, et incorrupti, quos circa terram
moveri contendit: Juxta diversos octo motus quos in Caelis spectamus, nempe motum stellarum
fixarum ab ortu in occasum iuxta planum aequatoris per conversionem diurnam, et reliquos motus
planetarum ab occasu in ortum iuxta ordinem signorum Zodiaci. Quod ut melius intelligas, scire opor-
tet, quemlibet planetam duplici gaudere motu, diurno videlicet, et motu caelestiali. Motum
diurnum habet spatio 24 horarum ab ortu in occasum. Motum autem caelestem [illegible] ab occasu in
ortum quibusdam [illegible] temporibus iuxta quantum supra assignatum singulis planetis in expositione systematis copernicani, durationem tamen ipsarum illic assignatam hic assignandus
Solis. Jam vero 1.us planetarum motus adscribitur a Ptolomeo 9.o Caelo, quod 1.um mobile ab ipso
appellatur, eo nimirum quod per ipsum in tantum inferiores Caeli, ac per consequens planetae Caelis affixi
motum diurnum ab ortu in occasum conficiunt, in quantum a 9.o Caelo talem motum tali
spatio absolvente abripiuntur. 2.us autem planetarum motus, ijsdem pariter caelis adscribebatur
a Ptolomeo. Quoniam vero tractu temporis compertum fuit ab Alfonso Castellae Rege 8.am sphae-
ram modo ad orientem, modo ad occidentem, nunc ad australem plagam, nunc ad borealem, retenta
Ptolomei doctrina, et solum mutato nomine 8.ae sphaerae, seu Caeli de 1.o mobili in firmamentum,
quod est sedes stellarum fixarum hoc est stellarum eandem semper inter se, et quo ad nos dist-
antiam servantium, supra firmamentum duos alios Caelos Alfonsini Astronomi admittere
coeperunt, quorum 1.um recognoscunt ut causam declinationis 8.ae sphaerae modo in orientem, modo
in occidentem, et 2.um Caelum ut causam declinationis eiusdem 8.ae sphaerae nunc ad australem nunc
ad borealem plagam, et ambobus hisce Caelis nomen Caelorum cristallinorum imposuerunt, credentes
constructos esse ex aquis positis supra firmamentum. Itaque in hac opinione 9.us Caelum est
1.us Cristallinus, X.us 2.us cristallinus, ad quod additur XI.us, quod 1.um mobile dicitur, quia ab
hoc caeteri omnes in suo motu iuxta Ptolomei doctrinam dependere supponuntur. En quo
habes duodecim Caelos in hac sententia admitti computato Caelo empireo, quod in 4.a figura
inspicies. Insuper est reddenda ratio cur sol, idem dicatur de planetis, modo sit in apogeo, idest
in maxima distantia a terra, modo in perigeo, videlicet in minima distantia a terra, varios faciat

Ptolomeus circulos excentricos. Circulus enim ab Auctore dividitur in concentricum et excentricum. Concentricus est ille, cuius centrum est idem ac terrae centrum et huius naturae sunt omnes circuli 4.ᵃ figurae. Excentricus vero ille est, cuius centrum non est idem ac centrum terrae et huius naturae est circulus a b c respectu circuli d e f figurae 5.ᵃ Tandem ad explicandos stationes, directiones et retrogradationes planetarum convenientius navos induxit epicyclos per quibus intelligit circulos habentes suum centrum in circumferentia alterius circuli, quales sunt circuli a b, et c d figurae 6.ᵃ veluti et circulus e f g h. Nunc tandem

2 Assero Ptolomaei systema penitus reiicere videtur tum physice cum astronomice.

Probatur 1.ᵃ assertionis pars. In hoc systemate coeli ad nos lumen eorum transmittere nequeunt ergo penitus hoc systema physice evertitur: Probatur antecedens in hoc systemate plures sunt coeli et omnes sunt solidi, sed per plura corpora solida sibi superiora ad nos lumen transmitti nequeunt, inverisimile enim est plurium corporum solidorum meatus ad tantas distantias recta linea perforatos esse, ut lumen per ipsos traducatur; cum experientia constet, corpora etiam diaphana si plura sint, et unum alteri oppositum impedire lucis propagationem, ulterius enim ultra oppositam lucis ingressum in cubiculum prohibet ergo coeli non sunt solidi excepto tamen coelo stellarum fixarum, idest firmamento, quod solidum admitto.

Et probatur 2.ᵃ pars, et simul 1.ᵃ confirmabitur: planetae non pauci, inter quos luna, qui propterea erratici dicuntur, modo sunt in apogeo, modo in perigeo, sed si coeli solidi essent non fluidi, planetae esse nequirent modo in apogeo modo in perigeo, ergo coeli non sunt solidi: Ut ostendo minorem, nullus enim de maiori est dubius, quod si rationes ut coeli solidi essent non fluidi, eorum soliditate impedirent planetarum progressum, a proprio coelo, soliditas enim solidi resistit, nec nisi ridicule dici potest coelos solidos tunc scindi, sed hoc dato planetae esse nequeunt modo in apogeo modo in perigeo, ergo.

Neque recurrere iuvat ad circulos excentricos, vel epicyclos, 1.º quidem hi nonnisi gratis ab Astronomis asseruntur: 2.º innumeri ipsi huius naturae circuli essent admittendi, quod incongruitatem sapit, cum planetae quamque maior, vel minor distantia a nobis et magnitudine saepius mutetur. 3.º dato dictorum excentricorum circulorum et epicyclorum planetae haud quaquam propriis coelis, qui terrae concentrici sunt, inessent, ut a Ptolomaeo asseruntur, ergo.

Confirmatur eadem 2.a assertionis pars. In systemate Ptolomei Mercurius et Venus statuuntur in circulis propioribus terrae, et sol in remotiori, ita tamen ut in omnibus Mercurius et Venus rotentur circa terram, quam sol, sed hoc cum fundamento asseri nequit, cum enim Mercurius et Venus modo supra modo infra solem, et modo etiam inter terram et solem conspiciuntur; ergo Ptolomei systema parum Astronomiae cohaerere videtur.

Objicies Job 37. legitur: Tu forsitan cum eo fabricatus es Coelos, qui solidissimi, quasi aere fusi sunt: et Genesis 1.o Coelum firmamentum vocatur; ergo Coeli solidi sunt, et firmi

R. n. consequentiam: 1.o enim sententia non est Jobi, sed Eliu est, Eliu, inquam, Jobum de impietate, et insipientia arguentis, quamobrem nullius est auctoritatis, imo ex hac assertione Eliu argui potest oppositum, nempe Coelos fluidos esse, nam c. 38. immediate sequenti propter sententias, quas in antea eluctuaverat tamquam stultus a Deo reprehenditur hisce verbis: Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Ad 2.um dico cum scripturae Interpretibus firmamenti nomine non significari hoc nomine corpus aliquod firmum, et solidum, sed corpus stabile, ac permanens, seu potius stabiliter, ac permanente expansum. Nam Hebraicum vox raquiah non firmamentum, sed extensionem significat, licet septuaginta verterint graece stereoma idest firmamentum seu stabilimentum, non quidem a corporis soliditate sic dictum, sed quia stabile est, ac perpetuum interspicium aethereae substantiae intercidens inter stellas et planetas. Quod ex eo confirmo quod Luc. 16. dixit Abraham Epuloni dulcem aquam flagitanti: Inter nos, et vos chaos magnum firmatum est, id est ut exponunt Interpretes expansum spatium firmo et immutabili Dei decreto intercedens est inter nos, et vos, etc.

Articulus 3.us

Expositio, et admissio Tychonis Systematis

Contendit Tycho Brahe illud spatium, quo stellae fixae a terra distant esse fluidissimum, quaecumque tandem sit substantia illa, quae replet: In huius spatii medio terram ponit immobilem, circa quam quolibet circa centrum suum lunam moveri motu menstruo, solem motu annuo, et stellas fixas suo tardissimo motu annorum 250. Quantum vero ad reliquos planetas omnes rotari docet in circulis, quorum centrum non terra sed sol est: Itemque circa terram feruntur, quatenus circa ipsam fertur sol: Ego vero ut ut Tychonis sectator fiam, sed ut quod sentio exponam admitto cum Tychone Mercurium, Venerem et Martem pro suis revolutionibus pro centro solem habere, loquendo autem de Jove, et Saturno opinionem videtur.

nihil docere hos in circulis suis pro centro terram habere, quod sibi et indico figuram. His ita stabilitis

Assero Systema Tychonis verosimile videri.

Probatur 1° in hoc systemate terra admittitur immobilis: Coeli fluidi excepto firmamento: Luna, sol, et stellae fixae una cum Jove, et Saturno circa terram moveri tanquam circa proprium centrum, ita tamen ut luna sit terrae proximior, at lunae sol succedit, soli Jupiter, Jovi Saturnus, Saturno stellae fixae, Mercurius, Venus, et Mars circa solem moventur, sed haec, quae certo ista sunt, verosimilia videntur ergo systema Tychonis verosimile videtur: Probatur minor per partes: terrae immobilitas, et solis circa terram gyratio cum verisimilis contra Copernicum demonstrari adjungit; Coelorum fluiditas, ex Physicae et Astronomiae principiis contra Ptolomeum: Motus Jovis Saturni et stellarum fixarum ad oculum experientia suadet: Motus hunc circa terram tanquam proprium centrum fieri demonstrat aequalis illa, et inalterabilis distantia a terra, quam Jupiter, Saturnus, et stellae fixae perpetuo servant: Mercurium, Venerem, et Martem non circa terram, sed solem moveri ex eorum motionibus apertissime insinuatur. etenim Mars licet ut plurimum sit nobis sole remotior, interdum tamen fit sole vicinior: Mercurius vero, et Venus modo ultra modo citra solem cernuntur (quidquid dicant adversarii esse nobis sole viciniores) hoc autem contingere nequiret, si circa terram ferrentur, quod nec iuvare potest recurrere ad circulos excentricos: Circulus enim excentricus facere quidem potest quod planetae aequaliter distent in omnibus partibus a terra, non autem quod cursus eamdem partem modo plus, modo magis distent ergo in systemate Tychonis, quae certo ista sunt, verosimilia videntur, ergo

Probatur 2° illud systema inter caetera verosimile videtur, quod ad phenomena explicanda minoribus inter caetera machinamentis, ac figmentis indiget, sed tale est Tychonicum, ergo probatur minor: In hoc systemate omnia explicantur, ut ex eius expositione sine tot circulis excentricis, et concentricis, atque epicyclis, et eo ratio, quae ad unum phenomenon explicandum exhibita valet pro omnibus ergo

Objicies 1° nequit in systemate Tychonico explicari duplex oppositus planetarum motus annuus nempe in occasum ortu, et diurnus ab ortu in occasum, ergo

Respondeo 1° negando antecedens: nam concipe in peripheria rotae rotantis formicam, quae ab occasu ad ortum progredit,

dextrorsum rotatus ab ortu in occasum, et nihil dat habebis dupliciter contrarios similes ideas

2º non suggeritur antiis: Planetæ enim rigorosè loquendo unico gaudent motu ex oriente in occidentem per spiras, quæ sunt prope parallelæ æquatori, sed ante spiras per annum, quæ requiruntur ad omnes eclipticas describendas. Idem dicatur de stellis quia et ipsæ non nisi uno motu moventur ab ortu in occasum, qui cum respectu diversarum æqualis non sit, sed vero tardior, modo velocior, efficit, ut aliquæ respectu aliquarum ab occasu in ortum fieri videantur, licet omnes eundem spiralem motum ab oriente in occidentem habeant.

Objicies 2º planetæ sunt corpora gravia ergo infigi debuerunt Cœlis solidis, a quibus sustinerentur.

Resp. 1º seu instantiis si a Copernicanis fiat obiectio: terra est corpus grave, ergo infigi debuit Cœlo solido a quo sustentaretur: Si vero obiectio fiat a Ptolomæi sectatoribus 2º concedendo antecedens nego consequentiam: Quia Dei potest ab aliis materia planetæ sustentari, nempe vel a vi centrifuga, quæ una cum gravitate illos continet in propriis orbitis circularibus, vel ab assistentia angelica, vel immediate a Deo quod pro nunc definire nolo.

Objicies 3º Genesis 1º legitur: Fecit Deus firmamentum divisitque aquas quæ erant sub firmamento ab his quæ erant super firmamentum et factum est ita, vocavitque Deus firmamentum Cœlum: Item Genesis 7º: Rupti sunt omnes fontes abissi magnæ, et Cataractæ Cœli apertæ sunt et facta est pluvia super terram &. ergo si Cœli apti sunt ad sustinendas, dividendasque aquas ab aquis, si fontes, idest Cœli rupti sunt, et cataractæ apertæ tempore diluvii certissime tenendum Cœlos non fluidos, sed solidos esse ergo

Resp. ad 1um nego consequentiam. Quid nomine firmamenti veniat in hoc textu, varie inter se dissentiunt doctores, ut recte Augustino observavit, et remittit a sensibus hominum ut legitur [illegible] Hibernus c. 6º hinc ne quid a me temere de hac re contra Augustinum [illegible] quod alii sentiunt imponam. Itaque nomine firmamenti dividentis aquas ab aquis sidus durum est Ambrosio l. 2º hexameron, Ioanni Chrisostomo Omelia 4ª, Hieronimo epistola 83ª Basilio Omelia 3ª, Ugoni, Ricardo a S. Victore, Bellarmino, [illegible] aliisque non paucis, intelligendum venit Cœlum stelliferum. Si vero credendum sit [illegible] sententiarum distinctione 14 Lugdunino in suo Cosmographia, Arriaga, et Vielmio, Rabinus in eorum tractatibus supra genesim, Ruberto [illegible] l. 1º de trinitate, D. Thomæ 1a p. q. 68ª, Suarez, ac Pererio nomine firmamenti hoc in loco intelligere debemus aerem conditum 2º creationis die, et hinc 4ª die a Dei [illegible] melius formatum in sua qualitate

ita ut opus esset aquas ab aquis dividere, et nomine aquarum diuinarum accipere firmamentum dissentio illis, quas malus secernit, adverte tamen iuxta hos aquam firmamenti non esse totum aeris elementum, sed solum hanc infimam regionem et tractum illum aeris, qui dat terras inter quibus, elige, quae tibi melior videtur: pu-
-lchra enim sententia nostra adducitur.

Articulus 4us

De Astrorum, ac planetarum numero, magnitudine, et eorum a terra distantia

Numera stellas si potes inquit Deus 15° genesis et 25° Dominus ad Abraam, hinc nil mirum si de stellarum numero varie variis sentiant Astronomi, et nullus assignatus sit certus quamobrem nec certus, immo absolute falsus erit ille quem ego nunc exhibeo, itaque noli credere dicenti mille stellas esse tantummodo mille, et 8.° et ego enim [illegible] sentio, sed hunc assigno numerum eius hic sit ille qui in divisione stellarum in sex classes resultat.

1.ae stellarum classis quindecim sensibili splendore coruscantes enumerat, quarum quaelibet in mole sua terram excedit vesties supra centies

2.ae stellae 45tae quarum quaelibet nongenties terram superat

3.ae stellae bis centum et octo, quarum quaelibet bis supra septuagesies

4.ae stellas 4or centum 74or, quarum quaelibet 4or supra quinquagies

5.ae stellae bis centum 17 quarum quaelibet semel supra triginta.

6.ae stellas 40 novem quarum quaelibet octies supra decies terram transcendit, nullaque est inter stellas quae minor sit.

Planetae autem septem sunt nempe Luna, Mercurius, Venus, Sol, Mars, Jupiter, et Saturnus.

Luna, Mars, et Saturnus a terra in magnitudine superantur.

Venus quinquies terra maior est, quamvis ab aliis [illegible] dicatur terra minor, et Mars terra maior

Sol trecentis millenis vicibus terra est maior.

Jupiter minor est sole centum sexaginta vicibus, hinc maior terra bis centum mille octo centum quadraginta vicibus

Saturnus minor est sole quater centum vicibus, maior autem terra bis centum mille et [illegible] vici-
-bus.

Stellarum fixarum a nobis distantia computat milliaria centum sexaginta decem centumque mille 167[illegible]

Lunae milliaria centum viginti sex mille sexcentum triginta 26630, sed haec distantia perpetuo variatur juxta varias lunae phases

Sol milliaria quatuor decem centum mille 4000000

De Mercurio Venere, et Marte cum hi circa solem tamquam [illegible] ferantur, et quacumque modo sint in aliquo modo in contrario nil stabiliter deffiniri potest

Jupiter triginta decem centum mille 3000000

Saturnus vero sexaginta decem centum mille 6000000. Sed cum haec incerta sint et quidem multum [illegible] hinc ne contra ab Adversariis arguamur, id sit

Articulus 5us

An Astra planetaeque in sublunaria influant.

Assero tum astra, cum planetae in sublunaria influunt.

Probatur 1o ratione D. Thomae allata in 1a p. q. 115 a. 3. Quanto aliqua sunt magis immobilia, tanto sunt magis causa eorum quae sunt magis mobilia, sed corpora caelestia sunt inter alia corpora magis immobilia, non enim moventur nisi motu locali, sublunaria vero variis subjiciuntur mutationibus, ergo caelestia sunt causae sublunarium mutationum, ergo in haec illa influunt.

Probatur 2o ab experientia variis anni temporibus varias patimur: diversis dominantibus planetis, diversa experimur: Sole propinquo aequis [illegible], eo absente maximo [illegible]: [illegible] qualibet Lunae mutatione opportune caeduntur ligna [illegible]

Probatur 3o ab Auctoritate: Augustinus l. 3 de Trinitate c. 4: Corpora grossiora et inferiora per subtiliora, et potentiora quodam ordine reguntur. D. Dionysius c. 4 de divinis nominibus: Lumen solis ad generationem sensibilium corporum confert, et ad vitam ipsa movet et nutrit et auget, et perficit: Sanctus D. Thomas de hac re integrum habet art. qui est 3us in 1a p. q. 115a.

Rogabis hic 1o cujus sint naturae stellarum fixarum influxus

R. me tibi satisfacturum quando haec humanae cognitioni cedent: Interim tamen scias et hoc tibi sit satis inter Zodiaci signa Arietem, Leonem, et Sagittarium esse naturae igneae, hinc natos sub hisce signis ut plurimum pronos esse ad iras, et audaces. Taurum vero Virginem, et Capricornum terreae esse naturae, hinc sub hisce natos melancolicis humoribus facile agitari: Geminos, Libram, et Aquarium aereae esse naturae, hinc sub hisce natos leves [illegible] esse. Cancrum

vero scorpiony, et pisces aquez esse naturæ, hinc sub pisce natos piguos ac pigros esse.

Rogabis 2.º cuius sint naturæ planetæ

R.º Jupiter atque venus benevoli sunt, sat. Mars quæ maligni

Sol, et Mercurius cum Luna sunt mediocres

Art. 6.us

An astra planetæque in animas rationales motus aliquos causare habeant

Assero astra planetasque indirecte tantum, et non cogendo, sed simpliciter inclinando inclinatione humanæ libertati nullo pacto repugnante, per consequens facile superabili in animas rationales motus aliquos causare posse.

Probatur quo ad 1.am partem: Nihil inferioris ordinis agere potest in ea, quæ superioris ordinis sunt, sed astra planetæque utpote entia materialia inferioris ordinis sunt ad animas rationales utpote spirituales, ergo astra planetæque in animas rationales agere nequeunt: Illa est etiam communis auctoritati Augustini innixus mi hæc clauderer, consequenter ut eundem doctrinam Damasceni quas citat S. Thomas 1.a p.e q.e 1X 5.a A.º 4.º cuius verba sunt hæc Corpora cœlestia humanorum actuum nequaquam sunt causa.

Dices corpora cœlestia agunt ut mota a substantia spirituali motrice ergo licet in se sint inferioris ordinis talia tamen non sunt ut faciunt complexum cum illa ergo etiam in animas rationales agere possunt. Sed

Sed contra n.º ant. nemo enim inter scholasticos fuit hoc punctum affirmative sed absolute sustinens, quibus adhærere nunc possum. R.º dist.º ant. corpora cœlestia agunt ut mota a substantia spirituali motrice ut in qua motum ad quæ naturales habent activitates concedo, ut mota motu elevativo corporum cœlestium supra naturales eorum virtutes n.º ant. et dist.º consequens licet inferioris ordinis sint, tamen talia non sunt ut faciunt complexum, si huiusmodi complexi substantia subjective id est, si spirituales virtus corporum cœlestium n.º consequens, et eius status etiam ulteras. Substantiæ spirituales astris assistentes astrorum virtutes non augent, sed illa unice movent ad exercendas eas activitates, quæ illis naturaliter competunt, unde etiamsi astra agant ut mota a substantia spirituali, ad substantias spirituales non se extendunt.

Probatur quo ad 2.am partem. Astra, planetæque cum corpora afficiunt ut in ante diximus, sed ex affectionibus corporis affectis indirecte et anima ad potentias motus afficitur.

corporis passionibus, quae astra planetaeque indirecte efficiunt, ex animus, per diversis affectionibus inclinatus animus ad diversos actus, etc.

Probatur quoad 3am partem: liberum est prorsus omnino datum a Deo hominibus concessum, iuxta illud Ecclesiastici 15: reliquit Deus hominem in manu consilii sui; quae quaelibet astrorum inclinatio facile superari potest ab hominibus, nullusque creaturae aliquis immutari potest quod Deus fecit. Adde cum D. Thoma 1a p. q. 115 a. 4 hominum voluntatem immutare solius Dei proprium esse iuxta illud proverbiorum XXI: Cor Regis in manu Domini.

Articulus septimus

An ex siderum consideratione saltem probabiliter cognosci possint futura

Asseritur: futura creaturis libera, ac effectus fortuiti et casuales ne probabiliter quidem praecognosci possunt ab Astrologis praevia diligentissima siderum contemplatione.

Probatur 1° ab Auctoritate Isaiae 47: ubi huiusmodi viri mendaces immo seductores [illegible] his verbis: Vos autem accedite huc filii Auguratricis, semen adulteri et fornicariae, super quem lusistis, super quem dilatastis os; Numquid non vos filii scelesti, semen mendax. Additur auctoritas duorum Conciliorum, nempe Bracarensis 1i et Toletani 1i, ac quinque Pontificum, nimirum Hilarii 1i, Gregorii XV, Alexandri 3i, Sixti 5i, et Urbani 8i, immo et legum civilium de maleficiis, aliorum innumerorum Patrum et theologorum omnium expresse damnantium omnes Astrologos Iudiciarios, si saltem hos effectus si non certo, sed probabiliter tantum cognoscere affirmarent, etc.

Probatur 2° ratione: licet diligentissima siderum contemplatione nequeunt ne probabiliter quidem praecognosci, quae nullam cum stellis connexionem habent, neque tamquam cum causis, neque tamquam cum signis suis repraesentativis; sed futura creaturis libera, et effectus fortuiti, ac casuales nullam habent cum stellis connexionem, neque tamquam cum causis, neque tamquam cum signis repraesentativis; ergo futura creaturis libera et effectus fortuiti, ac casuales, ex quavis diligentissima siderum contemplatione cognosci nequeunt. Maior certa unicuique videri debet, ubi enim nulla est connexio ibi nulla ex uno ad aliud illatio. Probatur itaque minor quoad 1am partem [illegible]

eventuris libere recognoverint per suas causas illud, per quod effectus sua determinatione
ita ponuntur, ut potuissent non poni, aut etiam eorum oppositum poni, sed illud per quod
et ex cuius determinatione ita ponuntur, ut potuissent non poni, aut eorum oppo-
situm poni est liberum eventurae velle, ergo futuris eventuris libere recogno-
verunt ut suas causas liberas eventurae velle, ergo ad sidera: Effectus fortuiti
ac casuales, ut sunt inventio thesauri, lapsio tegulae ex certo loco, et nullam
habent causam determinatam per se, unde et effectus per accidens dicuntur, quia nullam
cum stellis tamquam causis connexionem habent: Atque simul, et congruentissime
insinuatur ex Isaja c. 47 ubi superbam Babylonem alloquens Deus habet: Veniet
super te malum, et nescies ortum eius, et irruet super te calamitas, quam non poteris
expiare: Veniet super te miseria quam nescies: Stent et salvent te augures
caeli, qui contemplabantur sidera, et ex eis annunciarent ventura tibi. ergo Probatur
iam 2o minor quoad 1am partem: omne signum vel est ad placitum, vel naturale,
sed sidera relata ad futura eventura libere et effectus fortuitos, ac casuales neque sunt
signum ad placitum, neque naturale, ergo: Probatur 1a minoris pars: si sidera essent signum
ad placitum adductorum actuum a Deo instituta fuerunt ut talia essent, nemo enim
Deo excepto hanc institutionem facere potuerit, sed a Deo sidera non fuerunt instituta
ut signa ad placitum adductorum actuum, immo oppositum constat ex scriptura, ergo:
Probatur modo 2a minoris pars: signum naturale ab eo provenit quod est naturale, sed
sidera non sunt causae adductorum actuum, ergo non sunt signa naturalia: illa
vel ista symbolisatio dicunt, ut iam fuit supra ostensum ergo.

Probatur 3o ab experientia: Promiserunt Astrologi Pompeio, Crasso, ac Caesari felicissimo omnia,
non nisi in senio, nisi domi, nisi in summa gloria, ac tranquillitate esse morituros,
et tamen omnes immaturi, extra domum, ac violenta morte mortui sunt. Praedictum
fuit a suis Astrologis Ludovico XIo Francorum Regi venatum ire volenti
tali die Caelum futurum esse serenum, in illorum verbis venatum ivit, et inter
venandum offendit in Carbonarium, a quo admonitus Rex fuit, ut iret domum,
ut revera accidit, ex quo factum fuit, ut Rex pulsis Astrologis Carbonarium
in eundem usum adhibuerit tamquam peritiorem, nam ille ex obliquo incessu
asini, quem imminente pluvia muscae acrius mordebant certo futuras aeris

corporis [illegible] cognoscebat, quae Astrologi ignorabant. 2º Quendam [illegible] probaturus Astrologos, nisi eos interrogavit utrum ex siderum consideratione cognovissent nativi-tates illius pueri, qui sibi eo die natus erat; puerique duo nati erant multis nativitati-bus; pueri dicunt, quia nascuntur ex duobus specie differentibus; unanimiter responderunt affirmative. Interrogati iterum quid de eius futura sorte ipsi viderent? Alij responderunt promovendum esse adultum ad conspicuos ecclesiasticae dignitatis, alij ad sublimiores honoris gradus, alij ad insigniores militares honores, alij alia, ex quo [illegible] multi f. 2º de divinatione mihi permissum videtur quamquam censeret, qui etiamnunc credat hijs, quorum praedicta quotidie videat re [illegible] frequenti [illegible];

6 Dices contra hanc ultimam probationem: Astrologi licet multoties errent, multoties tamen vera-ce loquuntur, ut multis liquet ab exemplis.

R. contra dictum multoties veridice loquuntur, at omni prorsus sine fundamento et [illegible] eis [illegible] fundamentum [illegible] cum [illegible] fuit admitti Astrologiae aliquod praedicere [illegible] facta [illegible] futura, sed hec semper sine fundamento praedicuntur; ubi enim nulla est connexio intrinseca causalitas ibi nulla est illatio, at inter sidera et futura contingentia libera nulla est connexio ut ex adductis [illegible] multo illatio. Sic tamen dari advertit, quod nimirum plurimos more, idest indulgentes carnalibus passionibus subjici in genere, diligenter notato in genere, Astrologiae, sed [illegible] omnes planetas sint eiusdem naturae in includendo seu aliqui ad unum, aliqui ad aliud vitium inclinent. Hinc de hijs dici potest in genere quod in eo eventu [illegible] audaces, vel timidi si sub tali dominante planeta [illegible] nati, [illegible] nunquam tali [illegible] in tali circumstantia timidi, tales audaces. 2º multa quae praedicuntur ab Astrologis sequi si sint infortunia iusto Dei iudicio ad eos puniendos, qui indebite Astrologiae credunt, quemadmodum plura exempla [illegible] ab Auctoribus, inter quae unum [illegible]: Quidam vir uxoratus curiositate ductus ad Astrologum quendam se contulit, a quo inter alia hoc ei dictum fuit: Si non es uxoratus, cave ne uxorem ducas, erit enim adultera: Credidit infelix; ideo multis domum redijt, multotiesque uxorem [illegible] indica[illegible] Interrogatus de causa tandem respondit Astrologi [illegible] ei, illa tunc [illegible] virum [illegible] reprehendit, quod [illegible] Astrologis, et demoniacis [illegible] fidem [illegible] illudque variis [illegible] persuasioni suae [illegible]. Verumtamen [illegible] et ipsa credere. [illegible] Astrologi verum praedicant, hoc tempore [illegible] quod [illegible] amore [illegible] sollicitabant. Quid moror? [illegible] Astrologiae

perditionis, credensque illas immutabiliter libidini consentiens, quod certe nunquam perpetrasset animum commisit. Pars vero qui scis credant loquar ex illis Banr... iusto Dei iudicio eos qui noluit ... vagari ... unitas ... Itaque dilectissimi abstinete vos ab inutili Astrologiae curiositate, neutiquam sit ... Astrologiae ... infortunia praedicentis de factis contingentibus vel ex Dei iusto iudicio in delicti poenam vel ex malignitate daemonis, qui verae Astrologiae veraque ostendere conatur, ut plures in dies habeat sectatores.

Quaestio 3a Meteorologica

Meteoron vox graeca, idem sonat ac sublime, et meteorologia idest aereorum sublimium scientia et in 4or libros ab Aristotele dividitur, in quorum 1o agit de meteoris igneis, in 2o et 3o de ventis, et aqueis, et in 4o de terrestribus, ... ordinem sequar et ego quam brevissime.

Caput 1um

De Meteoris igneis

Inter igneas Meteoros principem sibi vindicat locum cometa, de quo propterea tractaturus accedo. Itaque

Articulus 1us

Quid sit cometa

Certe nunc temporis cometarum naturam investigantium aliquorum notandum ingenii dicere possumus quid sit cometa, ignoramus, licet tamen sperare et eius secreta ... naturalium quaestionum c. 25 asserere: veniet tempus, quo ista quae nunc latent in lucem dies extrahat, et longioris aevi diligentia. Ad inquisitionem ... sufficit. Nihilominus tamen ... Philosophi munere fungi mihi sit necessarium, ... vel sensus meus quaerere volo malleus ... videri ... quam timidus ... paucis. Antequam id perficiam placuit tres principaliores sententias afferre, quarum

1a docet cometas esse corpus solidum instar planetarum a Deo auctore naturae conditum quod certo constantique periodo suas orbitas describit, et variis temporibus in conspectum terricolarum venit, et abscedit. Euchilo, et Apollonius Pythagoricus

2.a esse combinationem plurium stellarum errantium, quae propter propinquitatem et luminis conf-
-usionem apparet nulla stella maior ac lucidior: Et haec Anaxagorae ac Democrito tribuitur.
3.a quam sectantur magni nominis philosophi quibus illustrissimus Romae B. [illegible] et domesticis
[illegible] A. 4. fuit omnium antiquorum Astronomorum ac plurium etiam huius aetatis
doctorum, inter quos Caroli Vesini Ambrosii Presbiteri vult esse exhalationem pinguem
et unctuosam in magna copia ad supremas aeris regiones elevatam, et ab igne [illegible] ex
diversimode figuratam. Sed verum ne inutiliter tempus teram, illico viam carpo ad sententiam.

1.a Assertio

Cometa non est corpus solidum instar planetae a Deo una cum caelis conditum, quod certo constan-
-tique periodo suas orbitas describit, et statis temporibus in conspectu terricolarum venit.
Probatur 1.o Si cometa esset corpus solidum instar planetae a Deo una cum caelis conditum, quod
certo constantique periodo suas orbitas describit, cum caelum sit diaphanum, ac illum lucidum
esset continuo in terricolarum conspectu, sed fere cometa modo apparet, modo non, ergo non
est corpus solidum instar planetae. Minor ab experientia suadetur, probatur maior ope telescopii,
seu ministerio Tubi Optici etiam minutae stellae [illegible] conspiciuntur, ut est omnium
Astronomorum assertum, ergo si cometa esset corpus solidum instar planetae continuo esset
in terricolarum conspectu.
Dices ut quid roboris habeat adducta ratio, probari debet cometam eandem semper servare distantiam
a terra, sed cometam eandem semper servare distantiam a terra probari nequit, ergo
nil roboris habet adducta ratio. Probatur minor, posito quod cometa non eandem semper
distantiam a terra, modo est in apogeo, modo in perigeo, sed hoc dato non est cur dicatur
continuo esse debere in terricolarum conspectu, etenim planetae, quin modo sunt in
perigeo, modo in apogeo, modo lucidiores sunt, et magis conspiciuntur, modo subobscuri
apparent, et minus conspiciuntur, quod evidentissime constat de Marte, qui a terra interdum
ita recedit, ut vix oculis deprehendi possit, ergo posito quod non eandem semper servet dist-
-antiam a terra, non est quod dicatur continuo esse debere in terricolarum conspectu, sed fieri
potest quod modo sit, nempe quando ad nos descendit, et in imas [illegible] venit, modo
non sit, nimirum quando in supremas [illegible] profunditates cursus suos [illegible] in magno [illegible]
apogeo, etc.

Sed contra n. mai. ad cuius probationem n. min. nam etsi planetae maneant bene dici, modo ut in perigeo, modo in apogeo, nihilo tamen minus semper, quamvis non aequalibus sit in particularum conjectura semper evidentias cometae. Hoc dicere iuvat aliquis fieri cometas, hinc nihilominus semper conspicitur; quamvis stellae semper videntur. nam etiamsi hoc dato multas etiam stellas altiores stellarum continuo conspiciuntur, si non debito obtutu, saltem ope tubi optici. Itaque ex, quia non videt, quod si aliter essent nova, etc. sicut planetae, 2do quod in suis epicyclis magis ad nos accedunt vel recedunt, modo maiores, modo minores conspiciuntur, ita tamen ut eorum magnitudo paulatim uniformiter crescat vel decrescat aspectui nostro, sic etiam cometae, si in suo epicyclo ex illa profunditate versus terram incipit descendere deberet 1mo apparere, deinde maior, ac tandem maximus, et sic etiam sensim decrescere, quod tamen est contra experientiam docentem cometas persaepe, cum 1o apparent, totam suam magnitudinem exhibere et nullo ordine servato evanescere, ergo. Adde cometas ut plurimum non moveri motu quo ad nos ad lineam perpendicularem, sed circularem, ergo sine fundamento dicitur cometas modo se a nobis sublevare, se intra illi profunditatem inferendo, modo accedere ad nos descendendo: omnis enim motus diversus ab eo, quem experimentaliter cognoscimus gratis asseritur.

Probatur 2o lux planetarum candida est, vivida, clara ac solida; e contra illa cometarum rubicunda, ac fusca, languida et obscura, ut testantur observatores. 3o figura planetarum uno excepto Saturno propter eius ansulas est rotunda, illa vero cometarum non rotunda est sed irregularis. 4o ut opportune notat eruditissimus Comes Laurentius Magalotti epistola 7a ad Octavium Falconerium cometarum motus diversi per maxime inter se sunt, ac diversi, immo ut plurimum etiam inordinati; planetae e contra motu ordinatissimo ac geometrico moventur. 5o omnes planetae sub zodiaco planetario moventur, non sic cometae, ergo cometae non sunt ~~cometae~~ planetae.

Obiicies cometae recte inter planetas recenserentur, quando tum 1o locum, in quo moventur, cum 2o phases, quas subeunt, tum etiam 2o periodos motuum cum planetis convenirent, et ut planetae circa solem tempore [illegible] ergo illi

est evidens, similitudo enim effectuum est argumentum solidissimum statuendi causarum similitudinem, probatur itaque minor per partes. Et 1°: Locus in quo movetur cometa est supra Lunam, immo aliquos illorum notarunt Astronomi moveri in orbibus qui supra Iovem ascendit, et non descendit nisi prope orbitam Martis; sed hic locus supra Lunam est spatium planetis assignatum, 2° cometa, 2°. locus in quo movetur, convenit cum planetis. Unde probatur 2a minoris pars: Cometa habent retrogradationes, directiones, et stationes, immo et periodos regulares motuum, non minus quam planetae; praeterea dum inter tellurem et solem moventur, fere videntur ab oculis nostris, nec apparere incipiunt nisi postquam tantum a solis coniunctione recesserint, quantum requiritur, ut illuminati emisphaerii pars nobis obtendi possit, quod contingit etiam Mercurio, et Veneri. Tandem vero probatur 3a, plurimi cometae, ut ii qui apparuerunt annis 1665, 1672, et 1677 referente Ioanne Baptista du Hamel iidem iterum venerunt, nam Landus 4°: Cometa observatus a Clarissimo Cassino anno 1680, ille idem erat, quem Tycho inspexit anno 1577°: et ille, qui apparuit anno 1678° apparuit etiam anno 1664°; ergo cometae ut planetae redeunt, ergo ex his hisce probationibus si ex effectuum similitudine causarum similitudo infertur, cometa est corpus solidum instar planetae

Ad maiorem cuiusque probationem. nego quoad omnes 4or partes minoris: Ad 1am partis probationem dico 1° ad maiorem locus, in quo movetur cometa est etiam supra lunam, et solutio ad 2am maioris partes. Cometa non solum supra, sed etiam infra Lunam moventur, nam referente Ioanne Baptista de Benedictis ex theatro Societatis Iesu L. 7° Physicae q. 1a c. 7° Cometam, qui visus est anno 1480 lunam obscuravit, quod est evidens et infallibile signum infra Lunam fuisse, et ille, qui apparuit anno 1472 referente Patre Reinant eiusdem Societatis socio terrae proximior erat luna, neque hic est quando dicas cometas annorum 1480, et 1472 fuisse sublunares non veras cometas, ideoque potuisse esse infra Lunam, nam cum ic dato Ettagalochi respondebo: La distinzione per ingegnosa che ella sia, non lascia d'essere affatto ideale e come dicono le scuole gratis asserta, quia cometae, qui veri cometae sunt, etiam infra Lunam moventur. Ad 2am vero maioris partem liberaliter gratis admitto aliquos cometas non descendisse nisi prope orbitam Martis, sed simul cum Patre de Benedictis eruto ex eiusdem L. 7° narrationem quendam esse XV. cometas quandoque visos esse soli aequales, ex quo merito infertur evidentissimo

Ex Benedictis cometas aliquando etiam nobis proximos esse, 2º cometis
assignandum esse certum spatium, in quo moveantur. Ubi mihi dicas
ex Benedictis loqui de cometis elementaribus ac sublunaribus, non vero
coelestibus, nam et tibi, et de Benedictis respondeas, quod super insinuavi ex
Magalotti: La distinzione per ingegnosa ch'ella sia, non lascia d'esser
a fatto ideale, e come dicano le scuole gratis asserta. Ad minorem respondendo
dist. locus supra lunam est spatium assignatum etiam planetis c. min., solus
n. min., et dist. consequens comet. 2us locus in quo moventur convenient
aliquando cum planetis c. consequens, semper n. consequens, quam etiam vi ne
distinctione poteris negare: nam locus, quo moventur planetae, est zodia-
cus antonomastice talis, ille vero cometarum non hic sed alter, ille semper qui
sequentibus stellarum combinationibus comprehenditur, quas nostri temporis vir docti-
ssimus his versiculis enumerat

Antinous, Pegasus, Andromeda, Taurus, Orion
Procyon, atque Hydrus, Centaurus, Scorpius, Arcus

ex quo factum est ut cometa, qui visus est anno 1744 mense Februarij
dicam: visus sub Andromedae signo extra planetarum zodiacum collocata, nihilo
tamen minus consequentiam distinctionis non penitus, eius de tali cometis loquar
determinatum inservient. Ad probationem 2ae p. 2. mis dist. 1a p. antecedentis com-
etae habent retrogradationes, directiones, stationes, immo et periodos regulares motus
loquendo de aliquibus c., loquendo de omnibus n. 2am partem antecedentis, et do 2am.
Fateor non paucos cometas visos habere retrogradationes, stationes, directiones, ac regulares
motus, unde phases hae, ac regulares motus proveniant hic inquirendum venit, et
pro solutione dico phases has ac regulares motus non ab intrinseco cometae provenire ut
falso putant Adversarij, sed ab extrinseco, a motu visibili corporis coelestis, eo modo
quo retrogradationes, directiones, stationes, ac regulares motus, quos videri habent [illegible]
in disco aquae plano proveniunt a corpore, quod in disco movetur, ac cum corpora coelestia
citatis subeant phases ac motus, etiam cometae has subeunt phases, ac motus, ni dicere
velis, tales effectus provenire a virtute sideris seu planetae in cometam dominantis illumque
trahentis, ut magnes trahit ferrum, quemadmodum sentiunt quamplurimi quidem Anglicus

Sit loquendo de omnibus cometis pertinaciter sustinendo moueri cursu ordinato, nam licet Joanni Baptistae de Benedictis et doctiss. Magalotti post Aristoteles et Tudianus iuxta eius tumultuario motu ferunt, et de facto docentibus aliis Doctoribus visi sunt cometae qui cum ad Boream primum pergerent deflexerunt deinde ad occasum, huius-modi autem motus ut bene de Benedictis in caeleste corpus non cadit, quo ex cometarum motu non arguitur cometas esse corpus solidum ad instar planetae, immo oppositum. Ad id quod addit, videlicet cometas aliquando ab oculis nostris sublatas in solis coniunctionibus quem-admodum accidit etiam Mercurio, et Veneri, dico de facto id tamen esse sed huius rei causa idem dicatur etiam de Mercurio, et Venere, nulla alia est nisi maior solis lux et quod minus, quod spectabiles non est lux minor in comparatione ad maiorem. Ad 3am partem 2ae minoris probationes admisso ante notae coniunctionis non fieri hoc potest etiam si cometa esset corpus instar planetae, et de facto quamplurimi Doctores nobis in hac parte adversantes inter quos Joannes Baptista de Stanilis quod cometae eandem caeli plagam peragrent, reputant ut argumentum insufficiens ad demonstrandum cometas esse corpora instar planetae, quod ex hoc nihil certi colligi potest. Ad 4am partis 2ae minoris probationes dico insufficientiam esse, quoniam mihi in hac parte contrariam experientiam esse confirmat ideo, ideoque aliam obiectio quadragenaria probationum et tunc fortasse assertioni fidem dabo. Supererit sit 2a nostra assertio.

Cometa esse nequit simpliciter, seu combinatio plurium stellarum, quae propter propinquitatem, et luminis confusionem appareant una stella maior, ac longior.

Probatur 1o huiusmodi stellae vel sunt ex fixis, vel ex errantibus, sed neutrum dici potest ergo. Probatur 1a minoris pars: stellae fixae ideo dicuntur fixae quia semper in eodem situ manent, et proportionali distantia, ergo huiusmodi stellae esse nequeunt ex fixis. Probatur 2a 2ae minoris pars: visa cometa visae sunt eodem tempore etiam stellae errantes et in hac parte historiam nobis non adversantur, ergo neque ex errantibus possunt esse huiusmodi stellae.

Probatur 2o si cometa ex plurium stellarum congressu coalescerent, propinquiori deberet dividi eius cometae, et postea totius, nam si plures stellae debent coadunari ad constituendam cometam, propinquiores duo vel tres coibunt, quam decem vel viginti, et omnino impossibile est quomodo eodem tempore, uno eodemque motu omnes congregari possent cum antea tenderent in partes diversas, ergo cometa ex pluribus stellis minime coalescit.

Probatur 3o si cometa ex pluribus stellis esset compacta, videri deberet notabiliter immutata continuo, hoc experientiae repugnat, ergo probatur minor ex librorum motibus ex quibus ex coniunctio

pendet continuo immutant. g.° immutant. etiam motus effectus, g.° et comet. immutarent. g.° Addit. ex stellas non ita facili uniendas ut nulla sensibilis fissura appareret, sed nulla de facto in cometis fissura apparet, g.°

3.ª nostra Assertio

Cometas est exhalatio pinguis et unctuosa in magna copia ad supremas aeris regiones elevata, et diversimode figurata.

Probat. 1.° negative: Cometæ plures subeunt phases in corpora celestia minime cadentes, g.° cometæ non sunt corpus celeste, sed potius de genere meteororum: Probat. ant. cometæ quandoq. subito crescunt et decrescunt, ita ut repente magni evadant, et etiam repente minimi, quod ut nisi temere dici potest, fieri per diversas a nobis distantias, siquidem tractu temporis id contingeret, et quasi instantaneè, immo repente etiam aliquando visi sunt scindi et dissecari, quod nemo inficiabit. contigisse et de celebri illo cometa qui visus est prope Bononiam anno 1676 die 31 Martij, de quo etiam verissime dicit. qd dissecaverit magno edito strepitu ac fumo, et nubibus permixtis evanuerit, et de illo, qui apparuit anno 1618, deq. alio uiso tempore ... ac ... ut brevitati consulas de illo, quas ipse observavit: Ac raro varios diversosq. ijdem cometæ praeferunt colores, unum hodie exhibendo, alterum die altera: Insuper cometæ varias subeunt figuras, insuper motuum directiones mutant, et Dr Benedictis docente legit. apud Kirch. visum fuisse cometam, a quo scintillæ decidebant, et medio in aere extinguebant. immo ... referendo de Benedictis cometæ visi sunt etiam in certis locis immobiles insistere, atq. inconditos, tumultuarios motus habere, g.° cometæ plures subeunt phases in corpora celestia minime cadentes, g.° cometæ non sunt corpus celeste sed potius de genere meteororum:

Probat. 2.° positive: illa corpora censenda sunt ex terrestri materia compacta, quæ dum dissolvunt. talia fuisse apparent, sed cometæ dum dissolvunt. talia fuisse apparent, g.° cometæ censendi sunt ex terrestri materia compacti: illud est certum, ut enim melius rerum principia constitutiva intrinseca dignoscunt. quam rerum analysi: Probat. itaq. m.ª dum dissolvunt. cometæ ut plurimum odor sulphureus ac bituminosus aerem implet, ut contigit proximè elapso seculo prope Bononiam

uti teste Avicenna contigit Cordubæ referente Rutilio Belincasa accidit in Africa et in Lombardia anno 844, in Germania et Bohemia anno 727, et alijs locis anno 1165, et narrante Carolo Ursino ex Ulysse in uicis alcinis comet. dissolutionis eius de Cœlo deciderunt ingentes lapides duri et sulphurei, quorum unus ad libras centum 60, alter ad sexaginta, et tertius ad 50 accedebat, quod cometes dum dissoluuntur constent compacti fuisse ex terrestri materia, ex qua nempe exhalationes que ex partibus constantibus continuis uentorum agitatione in unum coalescit, ac postmodum igne deficiente in terram decidit in modum ut plurimum cineris, uel aliquando etiam in modum lapidis

Obijcies 1.º terrestres exhalationes non eleuantur ultra milliaria quinquaginta duo à terra teste Vitelio, Pitto Nonio, et Glorioso, ergo. probatur ans ratione naturali, terrestres exhalationes eleuantur à calore, et leuitate eis ab extrinseco ingressa, à sole, alijsque astris eleuantibus, ergo eo usque ascendunt, quo usque perdurat aquisita caliditas, sed ista non perdurat nisi usque ad 1.am aeris regionem, et cometæ multo altius ascendunt, ergo terrestres exhalationes non sunt materia cometarum idonea: deinde dato quod mediam aeris regionem superarent, iam in hac ipsa nobis non apparerent, ergo quid quid dicatur nunquam generantur cometæ ex terrestribus exhalationibus: probatur ans, dato quod mediam aeris regionem superarent, ex nimio calore 3.æ regionis dissoluerentur ob uicinitatem solis, uel saltem eamdem nunquam retinerent figuram, præsertim cum ducantur à Cœli motu celerrime rapido, ergo

R.º neg. ans, ad cuius probationem dato entimemati ob. subsumptam minorem quoad 1.am partem, et transmissa 2.a neg. consequens: terrestres exhalationes præsertim, quæ magis spirituosæ sunt, et uigorosæ, non duo ad quinquaginta duo milliaria à terra eleuantur, sed Cardano, Scipione, Danero, alijsque non paucis nec minoris nominis Astronomis docentibus multo altius ascendunt, et eo magis ascenderent, quo maior est eis attractiua astri: Cum autem hæc uis, eo maior semper sit, quo magis ad ipsum exhalationes terrestres accedunt iuxta communissimum effatum, eo magis aliquod de suo principio participat, quo magis ad ipsum accedit, fit quod non duo usque ad mediam aeris regionem eleuentur, uerum etiam usque ad supremam: nec huic eleuationi efficere potest mediæ regionis frigiditas, 1.º quia loci frigiditas astrorum actiuitatem superare haud quaquam potest, aliter hæc nunquam in sublunaria influerent, nec unquam nos solis calores experiremur: 2.º quia quantum caloris intrinseci ex loci frigiditate deperdunt terrestres exhalationes

stantes ab extrinseco acquirunt, hinc nil mirum si etiam ad supremam aeris regionem evanescolas, quae postquam pervenerunt igne concepto ob solis vicinium altius adhuc attolluntur, adeoque materiam in sublime trahentes donec igne extincto rursus decidant, eo proportionaliter modo, quo id contingit in missilibus ignis iocis proprio pulvere fabricatis, ergo 2.us obiectus iam non tenet. Ad neque tenet 2.us ideo nego antecedens eiusque probationem: terrestres enim exhalationes licet multum bituminis, ac sulphuris contineant nihilo tamen minus cum aqueis vaporibus, ut plurimum permixtae sunt, hinc habent unde supremae aeris regionis calorem obsistere valeant, immo unde ardorem simul magis ac diutius tollerare queant, et cum ex alia parte habeant etiam multum nebulosae pinguedinis facile in unum globum, ac massam coacervantur, ac conglutinantur, et simul conspicuae non nisi magna cum difficultate dispergi poterunt motu Caelorum tum quia ea materia [illegible] valde est, tum etiam quia et proportione Caelorum motus uniformis est, non tumultuarius, ergo terrestres exhalationes etiam in suprema aeris regione nobis apparere poterunt, ergo.

Obijcies 3.o terrestres exhalationes crassae, pingues, uliginosae obtinent gravitatem ipsi materiae connaturalem in quocumque loco sint, ergo si cometae essent complexum quoddam terrestrium exhalationum, progressive cum magnae sint molis deorsum laberentur, nisi ridiculum dicere velles clavo caelis affixos fuisse, sed cometae deorsum non labuntur, ergo.

R. 1.o per instantiam: vapores aquei obtinent gravitatem ipsi materiae connaturalem in quocumque loco sint, ergo si nubes essent complexum quoddam vaporum aqueorum progressive cum magnae sint molis, deorsum statim laberentur, nisi ridiculum dicere velles clavo Caelis affixas esse, sed nubes deorsum statim non labuntur, ergo.

R. 2.o directe concedo maiorem et distinguo consequentiam si cometae essent deorsum laberentur, igne concepto nego; concesso igne nondum concepto subdistinguo nullo admissa attractione in astris concedo, admissa vi attractiva in astris nego consequentiam. Sine ulla hesitatione vis attractiva in astris admitti debet aliter quomodo explicari posset vaporum aqueorum sublimatio potius tempore [illegible] quibus sol meridies operatur, et cum solis meridiori operatione maior ut plenior, quam junior. Iam vero hac virtute attractiva admissa in astris,

terrestris, aliisque exhalationibus igne in nubibus concepto ab eo cui sustentantur, quæ elevantur in aere et concepto ab eo cui sustentantur, quæ sustinentur in aere, missilibus igneis sive pulvere fabricatis nempe ab igne, conversantibus sicuti etiam astris

Objicies 3° tantum esse in individuo cometarum molem, ut si totus terrestris globus in exhalationes resolveretur, non sufficeret ad tantam molem constituendam, et multo minus ad eam longo tempore depascendam, ergo cometæ non sunt exhalationes terrestres, antecedens probari potest ab exemplis: visi enim sunt cometæ qui totam illam plagam occupabant cui lactea nomen est, cumque tam ingentem non tanta exhalationum copia colligi potest, ergo etc.

Respondeo negando antecedens; enimvero quamvis cometæ in latitudine et longitudine maxime extendantur, non ideo æqualiter in altum et profundum crescunt, nam ut opportune notat Arriaga quæstione 3a sectione 4a ad octavum se habent instar nubium, de quibus ridiculum esset asserere tantæ molis esse in profunditate, quantæ sunt in superficie; hinc quamvis magna exhalationum copia ad cometam constituendum concurrat non sequitur quod incomprehensibilis, ubi quamvis ... densissimis nubibus ad plurimas menses tegatur nostrum hoc emisphærium non sequitur quod totus terrenus globus in vapores resolvatur, et ideo si talis facile admittitur et sustinetur nemine reluctante cur tibi mirum videri debet 2° quod cometæ multo rariores apparent quam nubes et moles multo minores sint in se quam videantur, nam non parvæ molis apparent quæ ad nos propter lucis refractionem. Ad exemplum adductum eius de Benedictis, hoc efficaciter probare cometas esse nobis proximos in nubibus more, quæ parvam licet magnam cæli partem occupare videantur admittit. En hac autem responsione ne inferas, quod cometæ si nobis sunt proximi conspicerentur a quamplurimis regionibus invicem distantibus, et distantibus, nam globositas terræ in hac hypothesi impediret aspectum; quod tamen esse apertissime falsum, cometa enim ille qui apparuit anno 1618 visus fuit et in Romæ, Parmæ et Antuerpiæ, quod etiam in Goa Indiæ orientalis, ut testatur Pater Blancanus adducens litteras illinc sibi missas a suis societatis fratribus. Negatur 2° cometas bene videri posse a quamplurimis regionibus distantibus inter se etiam si lunæ altitudinem non transcendant ubi a pluribus de facto videtur luna; 2° cometas quando videntur a regionibus inter se remotissimis, videri quidem, sed non dum sunt in eodem cæli puncto, hinc nil mirum si cometa visus Romæ, visus etiam fuit in Goa Indiæ orientalis. Respondeo denique ... 2° anno ... reddi duo adiuncto, 1° nam ad quamlibet cometæ durationem novum igni pabulum esse substituendum, nam eius materia cometarum sit

pinguis, spissa, unctuosa, ac multis bituminibus abundans, facile ignem semel acceptum diu conservare ac fovere potest: 2ᵘˢ, cometae diu durare, atque nouas semper a terra exhalationes accipiant, vel quia propter in suo cursu varias hinc inde exhalationes reperiunt, quae illis adhaerent, et ut uno verbo respondeam: eo modo cometae foventur ab exhalationibus, quo facto foventur ac conservantur, nullus, unde veniat ad horum conservationem vel resolutionem. globus terrenus, aut resolutus: ad cometarum

Quaeres 1. an omnes cometae eandem praeseferant figuram, et colorem

R. negative quo ad utramque quaesiti partem; Etenim si loquamur de figura alii sunt criniti, alii sunt barbati, alii caudati. Criniti hi dicuntur, qui quibusdam radiis instar comae in parte superiori circumambiuntur: Barbati hi, qui anterius radios quosdam emittere videntur, Caudati vero, quia posteriori eorum parte radiosum fluxum proiiciunt. quod idem est ac dicere: Criniti hi vocantur qui crines, barbati, qui barbam, caudati qui caudam habere videntur. si vero de colore sit sermo, ut plurimum vel sunt rubri, vel rubicundi, vel subobscuri

Quaeres 2. unde proveniat haec colorum diversitas.

R. provenire ex varia dispositione et natura materiae ex qua cometae constant.

Probatur. diversitas materiae, diversaque materiae dispositio diversitatem in colore efficit flammarum. sic stuppa albas efficit flammas, lignum bene dispositum rubicundas, ramenta vero ferreis particulis abundantia subobscuras, ergo etiam diversitas materiae, diversaque materiae dispositio, diversum in cometa efficit colorem: Maior in huius rei probatione allatis immoror, cum sint per se patent. Sicut 2º in casu exhalatione rariores albos efficiunt cometas, ut albas reddit flammas stuppa: Exhalationes crassiores rubicundas quemadmodum rubicundus est ignis in ligno, et exhalationes crassae simul et valde pingues subobscuros, sicut subobscurus est ignis in re tam densa simul et terrea, seu humida: Data autem aequalitate materiae, si exhalatio est rara, cometa erit albus, si completior densa rubicundus, si valde compacta subobscurus

Quaeres 3. unde proveniat quod cometae alii crines, alii barbam, alii caudam habeant.

R. et hoc provenire ex diversa partium dispositione: Ubi enim exhalatio est densior, ibi lumen est maius, et ubi est rarior, ibi lumen est minus. Hinc si exhalatio

accensa in medio est densa et rotunda, in circuitu autem rara, cometa erit crinitus, si exalatio redacta est in corpus oblungum, et in parte posteriori rarior, qualiter in caeteris partibus, cometa erit caudatus, si pariter in corpus oblungum compacta est exalatio, sed circa principium rarior, quam in reliquis partibus cometa erit barbatus, et sic in 1° casu medium exalationis quia densum videtur instar stellae, reliquum vero exalationis quia rarum instar radiorum ad medium concurrit(?) et sic cum proportione in alijs casibus pars densior figuram stellae praesefert, aliae vero radiorum aspectum induunt. Neque hoc difficile creditu tibi videri debet, nam ab ipso lumine naturae docemur lucidiorem formam ignem exhibere ubi est densior, debiliorem ubi est rarior, et experientia suadente scimus nocturno tempore ignem de cursu(?) a longe visum stellae formam praeseferre, sic lux sit rotundus, vel quasi talis, columnae(?) medii globus sit in longum protensus, et radios quasi solventes magis, vel minus densorum formam induere, prout est magis, vel minus rarus.

Quaeres 4°, quare cauda, coma, et barba cometarum praesentantur in adversa soli parte?
R. id evenire, quia cum exalatio regulariter loquendo densior sit in medio, et in extremitatibus subtilior, ac rarior, maiorem in medio recipit inflammationem, in extremitatibus minorem, per consequens ex ea parte, quae soli exponitur, ab eius radijs repercutitur, repercussusque(?) eius splendor exiguus sit, ille autem solis ingens non rutilat, sicque quae in oppositas partes radios emittit videri nunquam poterunt(?), cum autem id ex parte soli opposita non concludat(?), fit, ut radij ex hac parte emissi videantur; atque ideo ex hac, et non ex illa apparet cometarum cauda, vel coma, seu barba; Verum(?) non tamen aliquando comas caudas vel barbas etiam in parte soli opposita extendere cometas, quod unice accidit quando etiam in extremitatibus corpus cometarium est notabili densitate compactum, et maxime inflammatum, nam in hoc proportione(?) fulgor cometae aut non absorbetur, vel si absorbetur, in proportione(?) absorbetur; hinc etiam ex hac parte barbatus apparet, crinitus, aut caudatus cometa

Quaeres 5°: quomodo contingat exalationem inflammari in suprema aeris regione
R. exalationem inflammationem regulariter fieri in suprema aeris regione ob ardentem ignis calorem ex solis propinquitate maxime attenta dispositione materiae, cum quia calida existens, facilis est inflammationi concurrente etiam motu raro(?) aere, sub quo elevatur, et exalationis agitatione

Quaeres 6° quintiverint(?), facienda tum illa argumenta desumpta ex motu, parallaxi et ex prospectivis(?)

tubos opticos, quibus Adversarij probare conantur cometas esse superlunares, per eosque corpora instar planetarum

R.o parum aut nihil esse faciendum, quod eorum solutione ostendam postquam ea adduxerim.

Itaque esto 2.us argumentum ex motu desumptum, cuius Adversariorum regulas propono

Ad dignoscendum ex motu utrum cometae sint supra aut infra lunam perdiligenter notandum docent nocturno tempore quantum distet cometa ab una, vel pluribus stellis, deinde accepta carta, in qua suis cum distantijs descripta sint sydera, in eadem carta adnotanda loca, in quibus observatus fuit cometa: hoc posito si loca cometae inciderint in rectam lineam, vel in arcum circuli dividentis sphaeram in duas partes aequales inferunt ergo cometa est corpus celeste, nam per talem circulum solum corpora celestia moventur. nunc ad argumenti expositionem. Facta diligenti observatione inquiunt visi sunt cometae incidere in lineam rectam, et moveri per circulum maximum dictum dividentem sphaeram in duas partes aequales, ergo cometa est corpus celeste

Sed contra 1.o per instantiam: facta diligenti observatione visi sunt cometae moveri per lineam obliquam inter quos tute Claramontio enumeras. ille Tychonis visus anno 1577, ergo cometa non est corpus celeste: 2.o transeat, vel etiam concedatur antecedens, ergo nego consequentiam, quae ab anti haudquaquam legitime deducitur; nam assignata regula absoluta non est certa sed neque probabilis: 1.o quia exhalatio aliunde rapi facillime potest motu corporum celestium, quae in liquido moventur; et quidem eadem facilitate, quam palea in disco aquae pleno rapitur motu alterius corporis solidioris per discum discurrentis: 2.o motus ad lineam rectam cur non potest sequi ex accidente in his paucis cometis ex tot qui apparuerunt. 3.o an non etiam multa alia incidere potest in lineam rectam? 4.o an ne etiam homines incedunt per circulum maximum supra terram quin tamen dicit ex hoc aliquis, et homines esse corpora celestia? Ratio autem a priori est quia [illegible] corporeans facit [illegible]. Quid ergo prohibet etiam terrestria [illegible] eodem modo discurrere, quo moventur celestia

Dices corpora, quo magis distant a terra tardius moventur quo minus velocius moventur. sed cometa tardius movetur quam Luna, nam luna etiam quando lentissime est quamlibet diem percurrit saltem decem gradus ab occasu in ortum, cometa vero anni 1577 etiam cum velocissime moveretur, tunc quam tandem spatium fecit ergo cometa magis a terra distat quam luna

Sed contra dist.m maj corpora quo magis distant à terra tardius moventur. transeat, uel potius loquendo de sideribus c.ma maj loquendo etiam de cometis n.o ma. et dist.o mi. cometæ tardius moventur quam luna aliqui transeat mi. omnes n.o ma. et consequ. Regula adducta, quæ est Aristotelis ad summum specialis de astris, et quidem solum in illorum sententia, qui tenent corpora celestia moveri ui motus primi mobilis, at de cometis nil ualet omnino, nam tarditas uel celeritas motus cometarum aliunde desumi debet, nempe ex mai. uel mi. corpulentia, et consid. itemque ex mai. uel mi. ui attra-ctiua astri predominantis, aliisque circumstantiis: Hinc cometæ modo tardius iuxta à te dicta, modo velocius luna mouentur: Pontanus cometam observavit, qui uno die 30 gradus emensus fuit, et Regiomontanus alterum, qui quolibet die 40 gradus emetiebatur.

Instabis Cometæ progrediuntur inter duos tropicos cancri, et capricorni ad instar aliorum corporum celestium errantium ergo sunt corpora celestia errantia

Sed contra t. per instantiam multi cometæ fuere in media Ursæ uisi extra tropicos, qui non sunt corpora celestia errantia. Et recte dicto ab argumento ex instantiis adductis

Cap. Adversariorum argumentum ad probandum cometas esse superlunares ab eorum parallaxi desumitur, et est huiusmodi: Cometæ exhibent parallaxim longe mi. illa, quam exhibet luna, ergo magis à terra distant quam luna: Probatur ant. Luna unum gradum parallaxis obtinet, cometa anni 1472 mensis Aprilis et Martii uix habebat parallaxim horizontalem 13 minutorum: Ille anni 1577 vix duorum secundorum parallaxim obtinebat: Et ille eiusdem anni 1577 mensis Martii nullam, ergo cometæ exhibent parallaxim longe mi. illa, quam exhibet luna, ergo magis distant à terra quam luna, sed cum ante responsionem sciendum opporteat quid sit parallaxis, requirens excipite

Monitum

Parallaxis nil aliud est quam diversitas illius aspectus quem exhibet res aliqua in sublimi loco consti-tuta, duobus diversis locis spectata. Sic pila quam ex trabe alicuius cubiculi, inde per funem longum trium, aut quatuor palmos dimiseritis, diversos aspectus prebebit ex diversis locis spectata, nam spectanti ab existente in dextera parte cubiculi apparet in sinistra parte trabis, et spectanti ab existente in sinistra apparet in dextera; ita dicitur habere parallaxim, prout inveniatur ab Astronomis definitur. Angulus enim communis radiorum visualium ex diversis terræ partibus ducto-rum in idem centrum astri, uel cometæ. Sed uero ad argumentum

R. cometæ exhibent parallaxim longe minorem illa quam exhibet Luna dist., et hæc propositio eadem facilitate qua proponitur ab omni prudenti potest [illegible] an[illegible] et hæc propositio pro certa est habenda, n[on] a[liu]d ex dist. concludi, q[uam] magis a terra distant quam Luna si verum est atque liberalitate quadam transeat consequentia, si adducerentur iudicio [illegible] aliud n[on] [illegible] de [illegible] cometis. Argumentum ex parallaxi desumptum, quamvis valere possit ad investigandum astrorum altitudinem, ad illam cometarum demonstrandam nullius est roboris: et ratio a priori est quia ad veram parallaxim inveniendam requiritur et q[uod] motus sit regularis, et abesse retrocessionum diversitas, et qui in cometis reperitur diversitas retrocessionum, et ut plurimum motus est irregularis, hinc nulla vera parallaxis inveniri potest in cometis, ut opportune fatetur Gloriosus magni nominis Astronomus: et de facto illi eidem cometæ cui Tycho parallaxim longe minorem lunari attribuit, viennenses, et quamplures Astronomi in hac arte Tychoni minime inferiores parallaxim lunari longe majorem concesserunt, immo Regiomontanus, et Vogelius in cometis ab ipsis observatis noverunt parallaxim sex graduum circiter, unde [illegible] lunari longe maior, cum unius tantum gradus sit circiter per Tychonem lunaris parallaxis: Ex quo apertissime liquet argumentum ex parallaxi ad cometarum altitudinem iudicandam nullius esse momenti, cum vel ipsi peritiores astronomi circa ipsam [illegible] cometas nescientes quid dicant, volentes tamen dicere in opiniones adeo contrarias abeant. Nunc iam examinemus

3um argumentum cui [illegible] [illegible] adversarii doctrinam: Telescopium res distantes longe maiores repraesentat, quam simplici oculorum intuitu conspici possint, hac tamen lege, ut res nimis distantes nullum, vel modicum recipiant incrementum, quae vero minus distant magis suscipiant, et magis semper pro minori distantia: Et de facto stellae fixae fere nullum suscipiunt incrementum: Luna e contra notabiliter excrescit. Hoc posito sic argumentum: Cometa per telescopium, seu tubum opticum inspectus minus suscipit incrementum quam Luna, ergo magis a nobis distat cometa quam Luna.

R. c[oncedo] ant., et n[ego] consequentiam. Licet enim ceteris paribus objecta minus distantia inspecta per telescopium magis suscipiant incrementum, tamen quando observentur [illegible] partes ex [illegible], vel [illegible] eorum incremento deduci nequit eorum comparativa maior vel minor distantia. Insuper in casu licet cometa sit minus a nobis distans, quam Luna, minus incrementum suscipit per telescopium inspectus, quia lumen cometæ non est [illegible], clarum, et [illegible] sicut lumen

sunt, aliorumque astrorum, et quod eorum ex nimio splendore et claritate in eo operis genitis oculos maius incrementum ex eo fit manifestum, quod experientia magistra scimus ad effectum telescopij multum conferre splendorem sive lucidum obiecti, quia sub obscuro obiecto, et minus rutilantia, visitur bene etiam in aequali distantia a tubo exquirimentum. Quod ... incremento sunt, et minus cometarum immerito inserti. cometas magis a nobis distare, quam sunt ... modo ex his.

Corolarium

Si vis ex adductis sustinere potes cometas esse sublunares quia neque ex cometarum motu, neque ex eorum parallaxi, neque ex proiectu per tubum opticum evincitur oppositum, vel etiam concedere potes aliquos esse superlunares ut ex dictis responsionibus ad obiecta, non enim implicat ad talem usque altitudinem elevari exhalationes terrestres praesertim igni concepto

Articulus 2us

De Cometarum Effectibus.

Mirum est in quot, et quas diversas habeant opiniones Doctores, dum assignare contendunt, quid indicent, quidque efficiant cometae, quando in terricolarum conspectum veniunt. Alij enim faustum omen portare cometas docent, idque plurimis confirmant exemplis in hunc modum ab historijs desumptis. Tribus maximis potentissimisque regibus, dum nascerentur, scilicet Alexandro Macedoni, Mithridati Pontico, Carolo Quinto Austriaco fausta, ut demonstrarunt eventus, praenunciarunt cometae: Ad cometae apparitionem subsecuta est Caesaris Augusti ad imperium exaltatio: Iustiniani sexto ... Narsetis victorias adversus Gothos Italiae tyrannos portendit Cometa: Cometa praenunciavit mundum satis laudatum triumphum, quod Carolus Martellus de immensa Saracenorum multitudine reportavit. Cometa nascenti Eduardo 2o felicitatem numinis attulit ad totam Angliam, aliaque huiusmodi recenset ex historijs stulte disponunt, et alia recentia in oppositum non minus stulte colligunt ij, qui volunt cometas Principum ac Regum mortes, vel bella et lues significare. Dixi tum de 1is cum de 2is stulte disponunt (Non enim tamen quod ex speciali Dei dispositione possint cometae fausti, vel etiam infelicitatis omina esse) Nam eo stulte illi rem attribuunt, cum quando nullam habent connexionem, neque tamquam cum causa, neque tamquam cum signis repraesentantibus, et qui Regum Populorumque felicitates, Principum regumque mortes, ac bella nullam habent connexionem cum cometis, neque tamquam cum causis neque tamquam cum signis repraesentativis non tamquam cum causis. Nam ut bene Anna 2a Regum 2. Dominus mortificat et vivificat, pauperem facit et ditat, humiliat, et sublevat ipsa vexo

cometa, non tanquam eventus signis, nam vel sunt signa ad placitum, vel naturalia, non ad
ad placitum, siquidem si talia essent, ad hoc instituta fuissent a Deo, et quidem ab ipso
solo institui potuissent, at quod ad futura indicandum instituti minime fuerunt
cometae a Deo immo oppositum habetur his verbis Jeremiae c. 10 A signis Caeli nolite
metuere, quae timent gentes. ergo: Neque sunt signa naturalia, nam signum naturale
ab eo provenit, in quo [illegible], quod est causa rei, ergo: Hinc nec valent adducta et
adducibilia exempla, etenim ubi nulla connexio neque causae neque signi, quod positivum
alterum aliquando sequatur, hoc impedimenti esse habet ad inferendum, ex
alio, et qualibet illatio si fiat timeri [illegible] sive cometae sint corpora solida
ad instar planetae ut sentiunt Adversarii, sive sint exhalationes ut tutius nos asserimus,
ex eorum apparitione timeri nequeunt, aut sperari, quae vel a libero Dei placito, vel
ab humana pendent libertate. His ad conditionem [illegible] dubium nascitur, utrum,
si ex cometarum apparitione timeri nequeunt, aut sperari mutationes illae, quae vel
a divino vel ab humano placito pendent, timeri saltem possint tanquam ordinarii
cometarum effectus morbi, pestilentiae ac terrae sterilitas, negant hoc et merito hi
qui docent cometas esse corpora solida instar planetae a Deo in saeculi conditione
ex certo consilio, periodo orbitas suas describunt, et statis temporibus in
particularem conspectum veniunt: Affirmant plerique illorum, qui sustinent cometas
esse exhalationes terrestres, et quidem merito, ideoque et ego [illegible]
Assero ex cometarum apparitione timeri merito possunt morbi, pestilentiae, ac terrae sterilitas
Probatur. ex illo timeri merito possunt morbi, pestilentia, ac terrae sterilitas quod cum ipsis
[illegible] habet connexionem vel causae, vel signi naturaliter indicantis, sed
cometae cum morbis, pestilentiis, ac terrae sterilitate habent connexionem tum
causae, tum signi naturaliter indicantis ergo ex cometis timeri merito possunt
morbi, pestilentiae, ac terrae sterilitas: Maior est certa, probatur. [illegible]
quoad [illegible] partem: Cometae compacti sunt ex aridioribus terrae exhalationibus
ex visceribus mineralium evaporationibus et bituminosis sulphureis, unctuosisque parti-
culis et quidem in magna copia sed aridiores terrae exhalationes cum mineralium
evaporationibus bituminosis sulphureis unctuosisque particulis praecipue dispersis
in magna copia habent connexionem causae morbi, pestilentiae et terrae sterilitate

2° cometæ habent connexionem causæ cum morbis, pestilentiis, ac terræ sterilitate, illud certo constat ex particulari nostræ spheræ positione, quam perdiligenter relegens, qui est luce clarior, etenim acrior terræ exalatio sive mineralium evaporatio copiosa bituminosarum, sulphurearum, venenosarumque particularum congregatio de medio tollunt moderatam illam temperiem quam homines, ac bruta indigent ad vitæ conservationem, et terra ad fecunditatem, immo tum in hominibus, tum in brutis sanguinis massam, ac spiritus vitales inficiunt, eorumque plus con-sueto alterant, ut optime experientia magistra, docent tum in se ipsis, tum in propriis gregibus tam in patriis campis, ac ruribus qui aut morantur in regionibus salinis, partim plus quam alibi -antibus, aut degunt prope mineralium officinas, aut urbem agunt in locis bitumine, ac sulphure infectis, 3° acriores terræ exalationes, sive mineralium evaporationes, bituminosæ, sulphureæ, venen-osæque in magna copia productæ habent connexionem causæ cum morbis, pestilentiis ac terræ sterilitate, sed cometæ nil aliud sunt, quam horum omnium pessimorum aggregatum, 3° ex cometis tamquam ex causis, merito timeri possunt morbi, pestilentiæ ac terræ sterilitas

Probat. modo 2a L.o nostræ pars. Illud habet connexionem signi naturaliter indicantis cum morbis, pestilentiis, ac terræ sterilitate quod naturaliter indicat fuisse in terra extraordinarias exha-lationes, per consequens magnas hic et nunc aeris intemperies sed cometæ naturaliter indicant fuisse in terra extraordinarias exalationes, per consequens magnas hic, et nunc aeris intemperies, ut enim apparerent cometæ, qui exalationibus terrestribus constant, et quidem in magna copia nisi extraordinaria præcessisset terræ exalatio quæ magnam aeris intemperiem secum trahit, 3° cometæ habent connexionem signi naturaliter indicantis cum morbis, pestilentiis, ac terræ sterilitate, quod adamussim in terricolarum damnum sibi semper confirmavit praxis, illas ut ab omni ætate exempla desumam post cometam anni bis centesimi duodecimi in sola Civi-tate Constantinopolitana ex pestilentia decem millia homines mortui sunt: Ad illum anni biscen-tesimi trigesimi primi generalis pestis in toto orbe subsecuta est, item generalis pestis exegit cometam anni 375: Post cometam anni 673 fluxit peste miserrime devastata Italia ... : ... fluxit pestis, ac summa terræ sterilitas post illam anni 704: Idipsum contigit in oriente anno 727, et 728 et in occidente anno 764. Italia peste, ac fame exagitata ... solo ... anno 984, et anno 1110 plena populo quærebat panem nec inveniebat: Idipsum videtur ... morbi post cometas annorum 1376, 1339, 1474, 156, 1569, 1567, et ut alios quam plures omittam post cometam anni 1744 quantumvis in minoribus essent per consequens ... minus ...

ad eris infectionem armentorum suorum strages non modicas fere in omnibus suis
partibus perpessa est Italia, et adhuc patitur; nec dicere tibi licet posteritatem com-
etarum adventu mala subsecuta fuisse ex accidenti, ut a me dictum fuit in
initio Articuli de futuris eventibus, quod aliquando cometas sequuntur, etc. ut-
cunque apparitionis cometarum, nam quando post unum aliud cum alio connexionem
causae et signi, alterum sequitur: ut mihi dicitando, et inquit [illegible] dicitur hoc non
ab hac causa orta, sed ab alia ignota sequi, quia cum cometae habeant, ut adnota-
vimus, connexionem causae, et signi cum morbis, pestilentiis, et terrae sterilitate merito
et prudenter dicitur cometas malos hosce effectus causare, cum post illos oriant-
-ur.

Dices cometas, quando apparent ab igne dissolvi ac consumi; ergo tunc morbos pestilentias ac terrae
sterilitates causare, et indicare nequeunt, quia enim desinit esse operari haudquaquam
incipit.

Sed contra respondeo concedo: Verissimum fateor cometas ab igne dissolvi ac consumi quando apparent,
sed quia verissimum est tunc temporis per totum aerem in maxima copia diffundi exhalationes,
evaporationes et fumos pessimos, ac venenatos, ut optime notum est in his regionibus uliginosis
[illegible] infectis, in quibus post messes incendunt agros, et cum agris etiam bestias venenosas: Ratio
autem in utroque casu est quia dum quodlibet compositum dissolvitur, copiosius diffundit easque
qualitates, quas habet, ut experientia magistra docemur in cuiuslibet corporis sive boni,
sive venenosi dissolutione, et ideo de quolibet corpore dici potest, quod quando incipit ab esse
desinere, vehementius operari incipiat, ergo tunc maxime nocent cometae quando apparent.

Instabis impossibile est quomodo ex tanta altitudine, qualis est illa cometarum possint ad terram
influxus maligni pervenire, ergo.

Sed contra per instantiam: impossibile est quomodo ex tanta altitudine qualis est illa
astrorum possint ad terram influxus pervenire, ergo neque in sublunaria astra influunt:
[illegible] nam influxus cometarum vel supponuntur in pondere graviores aere, vel non;
si supponuntur graviores aere ut merito supponi possunt, cum cometarum influxus nil aliud
sint quam ipsae met cometarum infectae particulae hinc illud quod dispersae gravitate sua igne
deficiente ad ima descendunt. Sin vero in pondere leviores aere supponantur ex aeris agita-
tione, et motu, qui ut scimus post cometas sequitur, nam cometae ventos [illegible]

ad nos descendere, facile possunt, 2.º optime explicari potest quomodo ex tanta altitudine maligni cometarum influxus ad terras pervenire possunt, 3.º defacto perveniant, mors dei pestilentias [illegible] [illegible] [illegible], ut opportune docuit [illegible] [illegible] meteoron Seneca l. 7. naturalium quaestionum, Theodoretus in genesin c. xi. quibus consentiunt Damascenus l.º 2.º de fide, D. Thomas 3.ª parte q. 37.ª A. 3. ad 3.um S. Bonaventura in 2.º distinctione xiv.ª 3.ª p. q.ª ultima ad penultimum, aliique alibi, ut adverti[t] Cornelius à Lapide in commentarijs suis Jeremias c. x.

Articulus 3.us

De minoribus ignitis impressionibus

Inter multas minores ignitas [illegible] [illegible] sibi locum vindicant sequentes, capra saltans, Draco volans, flamma accensa, seu fax, sidus discurrens, lancea, ignis lambens, ignis perpendicularis, ignis fatuus, Castor, Pollux et Helena. Harum omnium, et similium impressionum materia est una, et eadem, idest exhalatio terrestris, quae pro varia vitae magnitudine, paucitate, varietate, densitate, subtilitate crasitie, maiore, minore, locum [illegible] diversarum figurarum ignes concipit, qui pro figurarum diversitate diversa sortiuntur nomina, nunc vero de singulis in particulari.

Capra saltans est exhalatio in longum magis, quam in latus protensa, habens ad latera quaedam filamenta, quae non tota simul, sed successive, nec continue, sed interpolatim, ac sine ordine, hinc inde accenditur, ut contingeret si hinc, et inde dispositus pulveris tormentarius [illegible] per saltus accenderetur, cum autem hoc modo ignem concipiendo quasdam efficiat excursiones, motusque inconstantes, qui saltui caprarum assimilantur, à maioribus nostris capra saltans fuit appellata.

Draco volans est exhalatio in aere accensa, quae instar draconis flectit se in spiras. Nam dum exhalatio in sublime vehitur, vi in frigidam nubem offendat ab ea [illegible], flectitur, et incurvatur, dumque latera retrocedunt, media intumescunt, ultima distenduntur, et in anteriori parte [illegible] scintillis ardentes decidunt, hinc [illegible] exhibet figuram ut videatur draco flammas ex ore evomens.

Flamma accensa, vel fax est exhalatio in longum et latus distenta, quae ob [illegible] totalis tota simul accenditur, et nonnunquam [illegible] collucet splendere [illegible] [illegible] speciem exhibeat.

Sidus discurrens est exhalatio in longum protensa, quae sensim et ordinate accenditur, extimis partibus primo accensis, quemadmodum continuò dum accenditur linea pulveris pyrii. Atque cum talis exhalatio [illegible] movetur semper aliquando [illegible], ut accidit cum exhalatio accensa fit [illegible], et tunc dicitur sidus volans, aliquando ad terram fertur, et fit cum à vento de loco in locum transfertur, et sidus cadens

tunc appellatur. aliquando deorsum movetur, et hoc sequitur vel quia flamma in exhalatione accensa inferius descendit eo quod una pars alteri ignem velociter communicat inundando materiam ab uno extremo in alterum, vel quia exhalatio a praevalenti alio vapore, puta a nube impellitur. et tunc sidus cadens nominatur.

Lancea est exhalatio accensa longa, et non lata, sed in apicem attenuata, et sortitur etiam nomen trabis, iaculi, columnae aut pyramidis pro maiori vel minori longitudine aut latitudine: Haec in superiori ut plurimum aere non discurrit sed immota persistit.

Ignis lambens est exhalatio subtilis ac rara, et hoc nomine appellatur, quia plerumque accenditur in capillis hominum et animalium velut dorsum eorum quasi lambens, et huius rei causa est quia ab huiusmodi animalibus, et hominibus exhalant spiritus pingues, qui in capillis et pilis permixti detinentur, deinde accenduntur. Et huiusmodi ignes non raro inanem metum et timorem ... videntur circa capillos eorum, qui patibulo suspensi ad longum tempus relinquuntur, ... erant [illegible].

Ignis perpendicularis, est exhalatio in inferiori parte crassior ac densior, et in superiori rarior, ac tenuior, et propterea dicitur perpendicularis, quia perpendiculi, seu pyramidis figuram exhibet.

Ignis fatuus est exhalatio viscosa in infima aeris regione accensa, quae prae sua exiguitate facile aeris motum sequitur; hinc est quod modo insequi, modo fugere videntur; insequentes fugiunt, fugientes insequuntur; cuius ratio est, quia dum nos illum insequimur aerem propellimus, et ita ab eo recedere cogitur et ignis, dum ab illo fugimus aer nos a tergo sequitur, et cum aere nos sequitur et ignis.

Apparent saepius huiusmodi ignes in coemeteriis, circa patibula, atque etiam in locis paludibus propter viscosam materiam quae illis in locis reperitur: Unde vulgo opinantur esse animas defunctorum in purgatorio vel inferno existentes, idque probant, quia, inquiunt, gemitus tunc audiuntur, sed si idem verum est gemitus illos qui audiuntur, absit quod sint defunctorum, nam oriuntur ex nova inflammatione alicuius exhalationis quae cum aliquo strepitu fit. Dicitur autem fatuus. Dicitur autem fatuus quia sine motu proprio est, accedit enim, recedit, movetur, ad latera saltat, et inclinatur, sicut aer recedit, accedit, movetur, et saltat aer.

Castor est exhalatio pinguis in infima aeris regione accensa, quae quando est divisa dicitur castor et pollux, quando vero est coniuncta Helena appellatur. Si haec exhalatio per aerem discurrit, est indicium tempestatis aeris, si quiescat in antennis vel in aliis navis partibus indicat futuram serenitatem.

incipiunt enim venti decrescere, paulatim vero ignis iste apparet indicium tempestatis imminentem denotat nam significat adesse in aere multas, crassas, densas, ac bene compactas exhalationes, quae ad resolvendas erunt vehementiores excitabit ventos; si autem tempore tempestatis diversus apparet ostendit proxime futuram tempestatis sedationem, nam tunc exhalatio est fere dissipata, ac dissoluta, ac proinde cibo deficiente et ignis sanctus tunc a Nautis vocatur.

Articulus 4us

6. De Tonitru, fulgure, fulgetro, et fulmine

Tonitru autem fit cum exhalatio intra nubis opacas conclusa exitum e nube sibi quaerens illam dirrumpit, siquidem exhalatio haec, atque illud discurrens amplius atque amplius rarescit, rarefacta ad motum magis apta redditur, sic reddita citissime currit, currens nubes dirrumpit, ex quo sequitur tremendus ille fragor, quem audimus et tonitru vocamus. Huius autem rei exemplum habes in lignis habentibus in medio multam siccam spirationis, quae dum comburuntur, spiritu fodiunt exhalatione incrassante flammam erumpente ligna dirrumpit. Hic autem fragor maior est pro maiori nubis resistentia et ex aliis partibus quando exhalationis motus est vehementior, tunc vero diuturnior, quando nubes quae scinduntur sunt plures, velocior vero tantum quando lux est profundior.

Fulgetrum est coruscatio sine tonitru, et tunc contingit, cum nubes intra quas exhalatio accenditur, quia tenuis est valde exhalationi exitum quaerenti obsistit

Fulgur vero est coruscatio cum tonitru, et cum nubes, intra quas exhalatio accenditur, quia notabiliter solida exhalationi exitum quaerenti notabiliter resistit, ex quo violenta resistentia superante exhalatione, cum fragore sequitur nubis scissio

Fulmen tandem est et ipsa coruscatio cum tonitru, tunc fieri auditur, quando nubes intra quas exhalatio accenditur est densa, frigida, ac diu reductus et exhalatio multa est, et partibus bene coagmentatis et intus recedentibus constans. Unde in hoc solum differunt fulgur et fulmen, quod materia fulguris, est magis rara minusque consistens, et cum violentia e nube vibrata hinc per aerem dissipatur et resolvitur, nec ad terram pervenit, est materia fulminis crassior, vel lenta compacta magnoque impetu e nube excussa, hinc per aerem non dissipatur, sed ad terram descendit, quam differentiam notans Seneca dicebat, fulgur nil aliud esse quam flammam futuram fulmen, si plus virium habuisset. Ex diversa materia fulminis dispositione diversa nascuntur fulminum genera, quae ex diversa causant effectus; etenim quando est ex materia tenui compactum, si nubes ex qua fuit excussa est valde distans, propter virtutis infirmitatem corpora tantum lambit, et ad summum denigrat, sed non adurit: si vero nubes ex qua fuit

excussas, ut est valde distans, tunc ne dum corpora lambit sed etiam penetrant, hoc tamen discrimine, quod si corpus, in quod pervadit, est molle, illud non corrumpit, sed ad summum, si ut valde accensum, illud cinerosum relinquit sed absque vulneris signo; sin autem corpus est densum, aut durum, illud corrumpit, ac dissipat: et ratio causa est, quia si corpus est molle, vel rarum, illud velociter pertransit, penetratque, ideoque non comburit; ubi autem durum est, vel densum, contumacius confligit, confligendo moram trahit, sicque locus datur et tempus combustioni, vel liquefactioni: huiusmodi autem attenta tamen circumstantiarum diversitate sunt illa, quae sterum integra relictum aurum lambunt, quae et integra crumena, gladium intacta vagina liquefaciunt ac dissipant, quae homines aliquando sine vulneris signo exanimes relinquunt, quae modo dolium intactum relinquunt ausso vino, modo vino minime effuso, modo effuso sed vasculo dolium comburunt. Primum circa vinum phenomenon contingit, quando dolium est porosum, per consequens facile permeabile, et vinum post modicum, non consequenter instans ad vigerandum fulminis calorem; secundum, quando materia fulminis est pinguior et dolium ex ligno duriori, tunc enim dolio consumpto fulminis pinguior materia praesertim si vinum fuit in notabili quantitate extimis vini partibus adheret, adhaerendo condensat ac indurat, unde vinum crassiori pinguedine obductum stat ac si esset in vitro. Tertium tandem quando fulminis materia non est ita pinguis et dolium durum ac densum. Quando vero fulminis materia est pinguis bene compacta, multumque inflammata, cadens destruit, dissipat, comburitque quaecumque obvium invenit, sive hoc molle sive, sive durum; etenim tunc non minus molle, quam durum cursui resistit. Aliquando vero fulmen non destruit, nec perforat, nec dissipat, sed scindit, nec comburit totum corpus, sed quasdam partes aliquas tantum; hocque contingit cum materia ista quidem est et bene compacta, ut concurrentibus motus omnis agitatione, ac ignis calore in unam massam coalescat, ac quasi lapidescat. Atque hactenus fulmina alia esse terebrantia, alia dissipantia, alia solum urentia. quae sunt 1i generis, exalationes ad modum lapidis concretas sive habent; quae sunt 2i exalationes ad modum massae incondentes; quae vero 3i generis ad modum flammae ... ; et ideo 1a durioribus erumpunt, illas scindunt, 2a dissipant, 3a non commovent.

Quaeres 2o. quare fulmina descendant, motuque irregulari descendendo moveantur.

R. 1o. ... fulmina ut plurimum descendere, quia nubes ut plurimum in parte superiori sunt densiores, rariores vero in parte inferiori; dixi ... ut plurimum descendere quia aliquando etiam ascendunt,

nempe quando nubes sunt rariores in superiori, densiores vero in inferiori parte

R. ad 2um id provenire quia ex una parte natura ignea sursum ... ex alia vero, quia projectus fuit a nube premitur deorsum, et ita dum neutro modo ... alternatim hinc inde motibus mediis feruntur, unde et oblique incidunt, ex quo fit ut frequentius feriri montium ac turrium cacumina, ubi tamen ignis connaturaliter ad terram recto tramite perveniunt

Quaeres 1o. an dentur aliqua a fulmine immunia

R. laurum, coralium, lapidem Scintam, Aquilam, et vitulum marinum dici fulmine non tangi. Sed ego si sermo sit de Aquila et vitulo marino, dico nullam aliam immunitatem habere nisi quod naturali instinctu fulmina praesagientes se in tutiora loca abdant et si loquamur de lauro teste Vicomercato experientia docet oppositum, si de Scinto fabulosum esse respondet Scaliger, et alij idem sentiunt de coralio; hinc res plenae periculo.

Caput 7um

De Meteoris aereis

Ex meteoris aereis, idest in aere contingentibus principaliora se[?] ... erunt nubes, pluvia, grando, ros, pruina et nix, etc.

Articulus 1us

De nubibus, earumque causa, figura et suspensione

Nubem recte diceris esse vaporem addensatum in 2a aeris regione ex defectu caloris a reflexione solarium radiorum provenientis, et ad[?] frigoris eiusdem regionis: hinc habes causas efficientes nubium esse Solem vapores elevantem, necnon frigus vapores elevatos addensans, materialem vero vapores elatos.

Inter nubes aliae dicuntur infecundae, aliae fecundae: infecundae hae sunt quae utpote sicciores tenuiores, et a ventis facile mobiles imbres non emittunt sed in aerem abeunt. Fecundae hae quae aquae magis abundant, seu coactiores minus mobiles, ac irriguo propterea umore abundantes aquas emittunt et hae ut plurimum apparere solent quando Saturnus cum Jove iungitur in cancro, scorpione ac piscibus, nec non diebus interlunij, ac plenilunij.

Nubium figura perspectu rotunda est ex eo quia attolluntur in superficie globi terraquei rotundae, naturale enim est cuilibet rei in eam figuram disponi, quae similior est illi, in qua sumpta fuit.

Pendent in aere nubes ... ... — ... ac particularum ... propter halitus

ventosq. & terrę cineribus continuo evanescant, ex quo accidit nubes fieri corpus in specie levius aere, eo modo quo [illegible] aere plenus fit corpus in specie levius aqua [illegible]. [illegible] supernatat. Hęc dicas etiam de cometis, sed memento

Articulus 2us

De pluvia, eiusq. presagiis

Pluvia nihil est aliud quam nubes in aquam guttatim resoluta, et dividitur in imbrem et nimbum. Imber est nubium resolutio in aqueas [illegible] inter guttas crebriores et minores. Nimbus vero est resolutio in guttas paulo grandiores. Quod autem hęc resolutio fiat in guttas rotundas est, quia aquę figura rotunda est

Quęres an verum sit pluisse aliquando lapidibus, ferro, cineribus, sanguine, lacte, piscibus et ranis

R. affirmative, et quo ad lapides ferrum et cineres facilis horum causa assignatur, nempe exhalationes extractas a terra, cuius partes quando simul unitę coalescunt in unum decidunt sub forma lapidis si exhalatio vero [illegible] terrę [illegible] sub forma ferri [illegible] terrę particulas continebat quando vero partes non coalescunt [illegible] cadunt sub forma pulvisculi vel cineris. Tunc dicetur sanguine pluisse ac lacte, non est tamen verus sanguis, nec verum lac (sanguis enim verus, et verum lac oriri nequit nisi a principio vitali) exhalatio quando a terra elevatur est rubeo infecta colore, idem dicito de lacte quando albo [illegible] aspectus. Quo ad ranas autem, et pisces spectat, sicuti nascuntur hęc in paludibus, lacubus aliisq. huiusmodi similibus ita non video cur similes causę non possint in aere concurrere ex quibus nascantur; nisi dicere malis pisces atq. animalia aliquo vorticoso vento e mari aliove loco erepta in sublime vehi, ac inde vento cessante in terram labi. Jam vero de pluvię presagiis

Si sol in ortu solito maior apparet, vel nebulosus oritur aut occidat, pluvia expectetur: si [illegible] et hęc certior si [illegible]. Si vero igneus recedit vel flavus, ventos denuntiat, at ventos indicant nubes [illegible] rubescentes: [illegible] vel nigris nubibus permixtus pluviam, et [illegible] ortum ad occasum [illegible]. Ast si orientem circumdant soles, quo minus lumini [illegible] eo maiorem [illegible] tempestatem. Si solis coronam circa videbis, pro coronę densitate pluviam expectare poteris, et eo maiorem quo multiplex erit corona. Attamen si corona tota equaliter defluxerit, ac evanuerit, serenitatem [illegible] merito solet, ast si corona ad rubeum accedat colorem, quo parte se aperuit ventos prȩnunciat

Luna nitida et corniculis exilibus vultus serenitatem nunciat, rubicundus ventos, pallidus aut nigra pluvias. Quarto illud pallido luna pluit, rubicundo flat, albo serenat; si ante quartum non fulserit ad mensem pluvias dabit; si decimo 6.° vehementius flammea apparuit, asperas praesagit tempestates. Cornu superiori obatro decrescens dat pluvias, inferiori ante plenilunium, si in medio nigrescit in plenilunio imbres respondet. Quando coronata prodit [illegible] sol, et [illegible] tamen erit quarta ora quinta dies lunae, idest ora [illegible] lunae, tales totum luna erit, saltem usque ad 20.um diem. Contra illud quarta quinta qualis erit tota luna [illegible]

Sidera de [illegible] plura solito apparent, aut si caelo sereno immittuntur fulgores, pluvias promittunt [illegible] quae nobis exhibent montium, siquidem si in montium cacuminibus sedeant imbres, si grandes albescant grandines, si in vallibus considerant serenitatem promittunt. Si ignis ad quasi assidue pallet, aut murmurat vel contractus favillas dissipat, vel in carbonibus vehementer lucet, pluvias imminere vaticinatur, si lucernae [illegible] aut pluvias solito [illegible] gunt, [illegible] quando lanugo aut flumina volitans de montibus venies, dum [illegible] edunt me de vallibus credas facile incidere ventorum in [illegible]

Vel minus animalia temporum mutationes praesentiunt, nam Ardeae et [illegible] altissime volantes, boves caelum olfacientes, vel lambentes suis [illegible], feni lambentes, muscae avidius mordentes, pulices mordicantes, anseres continuo clangore molesti, gallinae rostro pennas purgantes, corvi singultu quodam [illegible] prope aquas [illegible], aut alis aquas verberantes, [illegible] caput fricantes, ranae denique ultra solitum vocales, pluvias imminere docent. Nullum tamen signum hic est usque omnino certum, praesertim si unum [illegible] tantum acciderit: contingere enim facile potest ut [illegible] aliquis futuras pluvias vel impediat aut longe divertat, aut contrarius pluviae vel futurae causae agendo in unam molem nubes dispersas.

Articulus 3.us

De Nive, eiusque qualitatibus, ac progeniis

Nix est concretio vaporis in aquas minutissimas resoluti, qui antequam formentur in guttas, dum educuntur habita admixtione multum aeris et nitri superveniente frigore conglutinantur, et in floccos formantur ita illam: vel [illegible] Aristoteli [illegible] est nubes variabili [illegible] congelata in media aeris regione.

Nix tenua, alba, ac mollis est; alba, quia in nive [illegible] aqueas [illegible] [illegible]

lenis, quia multus aeris habet admixtus. Mollis, quia cum multum aeris habeat difficile cum partes densari possunt. Tempus, quo nix generari est propinquius hyems eo inclusus aeris, eo quod hyemis tempore maxime dominatur frigus causa nivis efficiens. Assimulatur semper Caelus turbidus, nec albescente nube futura praedicat nivem, nix namque mix ex translucidu et plana nube.

Articulus 4

De Grandine rore, ac pruina.

Causa materialis grandinis sunt exquisiti vapores nitrosi, ac salinis particulis abundantes. Efficiens est aer, vel etiam vehemens frigidus. Et quod verificatur demonstrant effectus qui ad grandinem sequuntur, qui sunt fructuum ablatio, et frugum etiam sterilitas, qui effectus profecto non contingerent, nisi grandines saline haberent multas in se, ac salis quae sunt corpora corrosiva, ac per consequens dum in hos fructus ... infecionem varias, ac malas relinquunt. Sed etiam in ipsis aquis, et ... infecionem tellure; si ad grandinem sequatur diuturna pluvia, nam aquae dispergere habet, ac destruere salem quod nubes aer, vel vehemens frigidus congelare habeat vapores, quorum salinis particulis abundavit in eo colligo, quod sal, et nix etiam solus seu extrinsicus applicatus tanti ... tempore potabiles aquas congelant.

Ros est in aquam revolutio vaporis, qui elevati a terra ob debilitatem caloris solis occidentis, qui vapor ac frigus superveniente concrescit in glaciem et bruma ... Pruina quam ros, et pruina tunc solum decidunt, quando tranquillus est Caelus.

Et ideo tranquillo Caelo, ac nubilo rorem, ac pruinam decidere, quia Caelo sereno et impedita solis activitas, ne vapores a terra attollat, quod e contra contingit Caelo nubilo: Caeterum flante vento, vel pluvia cadente nec ros, nec pruina decidit, quia Caelo pluvijs, vel ventis perturbato vapores concrescere, atque ascendere nequeunt.

Articulus quintus

De Iride

Iris definiri potest arcus multicolor in nube roridam, cavam ac concavam, ex radiorum solis opposita reflexione apparens oculis spectantium. Ex quo ... causa iridis materialis esse ... nec plane in statu nubis, nec omnino in aquam conversam, sed humido

quodam vere incorporat et talis ut in aquas proxime solvi possit. Aliae autem nubes ergo quia nos respicit esse debet translucida, ut lumen immediate valeat, a tergo autem esse debet opaca ut lumen instar speculi reflectat. 2° causa efficiens esse Sol, qui varios in illa colores pingit pro varia nubis opacitate seu densitate, sive quia in parte nubis externa opacitas est exigua, puniceum ibi pingit colorem, in media quia opacitas est mediocris viridem efformat, quia vero in inferiori parte opacitas est maior, purpureum efficit. Huius autem rei ratio est quia ut inquit Philosophus: fulgidum in nigro pro nigredinis qualitate minus apparet; unde cum purpureus viridis mediocriter, puniceus multum de colore participet, fulgidum in eadem nigredine seu opacitate, qualis est illa exterior partis nubis, puniceum, in mediocri, qualis est illa media, viridem, in multa, qualis est inferioris, purpureum efficit colorem. 3° Locus iridis semper esse partem Coeli soli adversam et ideo sole in horizonte existente Iris apparet in occasu et sole in occasu existente nobis in oriente apparet: Ubi vero nos existimus simus inter nubem, in qua iris splendet, et solem, fieri nequit a nube radiorum reflexio ad nos. 4° iridem pluvias indicare cum non fiat nisi in nube roscida, quae proxime resolvi possit in imbres. Adverte tamen, quod si mane appareat post leves pluvias, succedat serenitas, significat enim solem incipere nubes resolvere, quod si mane fiat, ante occasum omnino resolvens, vix accidere contingat non ita facile pluvia exigit serenitas, eam vel vix nubis resolutionem inceptam coeptam occumbere, quo facto nubes de novo evanescunt unde pluvia iure timeri potest. Hic autem

Quaeres cur Iris semper in arcus formetur.

R. quia quamvis sol sit sphaericus, et iris sit speculum solis, iris tamen reflectit radios, ut docent Mathematici per angulos aequales incidentiae ad potentiam visivam, quae in parvis figuram exterius suggererunt, arcus figuram suscipit ipsa Iris

Articulus 6us

De Materia Origine et numero Ventorum

Nihil aliud, inquit Augustinus l.° de quantitate animae numero sexto, quam ventus aeris nobilitati commotus, ne cogitatus ventum esse sentimus: quod in loco tranquillissimo et ab omnibus ventis quietissimo vel levi flabello probari potest. Ventus autem alius plaudus sit sive procellosus, multis multiplicis materia ventis aliis, ex quo intra varias

multiplicemque naturam, ac copiam materiae agitatae, aut per quae transeunt fabricatae, fit ut modo calidus sit, modo frigidus, quandoque humidus, quandoque siccus, hic salubris, illinc pestilens.

* Non una ventorum omnium est origo. Alij enim ex antris insuflant, alij a nubibus erumpunt, alij in aere generantur. Alij ex antris montium, alijque specubus subterraneis insuflare dicuntur; qui ut suae causas recognoscunt vaporis rim hisce locis subterraneo calore rarefactos, ideoque agitatos, qui sua expansione e spatio breviori, quo continebantur, magno vi exsurit, et in aliud ubi facilius dilatantur, contendit horum ventorum genus facillime ex aqua ex solidis, qui eolipiledis producunt. Eolipila est globus quidam aeneus angusto parvoque orificio, qui ubi ad ignem admotus ita ut aer contentus sanguinis fecit, raro effectus sit, illico in aquam mergitur, ut vero aqua suo frigore dilatatum aerem condenset, habet unde ex ipso in eolipilam per angustum foramen possit ingredi: aquam in eolipilam ingressam, eolipilamque rursus igni admovent, et ex calore inijciunt, cumque aqua in ea contenta turbato caloris motu expanduntur, ac per tenuissimum eolipilae foramen erumpentes ventus efficiunt, qui non cessat, nisi aqua omnino exalata. Hinc atque hinc redditur ratio cur venti ut plurimum non sint continui, sed alterne impetu veniant, et clangorem exhibeant, nimirum si aqua illa ut sebungred itaque nisi quasi per successiones singultus, quod ut melius intelligas mecum eolipilam figuram.

Alij e nubibus erumpunt, qui e nubibus vapore exhalant, et gignuntur vel ex superiori nubium incursantium conflictu vel ex evaporationibus, quae intra nubes ascendunt, rarefiunt, ut deinde per quamcumque occurrentem meatum inferiorem cum vehementia erumpunt, erumpendoque conceptum communicant aeri subiacenti et circumstanti, qui idem porro et in aere proximiori usque dum ad terram pervenerit. Ventus hic genus vocatur. Ecnephias, typhones dicuntur, cuncta devertit vehementiam ac motum quem habet. Si enim rarescens deorsum fertur quasi perpendiculariter, dicitur simpliciter ecnephias, qui interdum tantum descendit ut ingentis et instar incumbentis ponderis naves immergat; si ad modum turbinis rotat dicitur typhon, qui vortices in mari causando naves intorquet, ac evertit. Quando autem ob nimiam concitationem vehementiam ignibus exalationis sensus prehendit, ut quosque mare aliquando ebullit, naves miserrime agitantur, et dicitur Ignis presteris.

Alij in aere generantur, quorum ut veri causas efficientes solis recognoscunt et ibi ventus frequentiorum quorum generatio ut melius intelligas adverte totam aeris sphaeram circum globum

Terraqueus circumstans esse ut omnes illius partes sint in equilibrio, eo dum quando sol calore suo aliquas aeris partes rarefacit, dicimus quasdam densioresque ac proinde graviores esse, cum illas partes pondere suo feruntur, et equilibrium servent, seq. fiendo motus ... in aere, idest ventus.

Venti principaliores qui etiam cardinales vocantur, qui e quatuor mundi cardinibus flant sunt 4or, idest Solanus, Favonius, borealis et Auster, quorum 1us ab ortu, 2us ab occidente, 3us a septentrione, 4us vero a meridie flat. Solanus ad septentrionem habet vulturnum, et meridiem eurum, Favonius ad meridiem zephyrum, ad septentrionem circium. Boreas ad orientem habet aquilonem, ad occidentem chorum. Auster tandem ad orientem notum, ad occidentem africum, ex quo habes quemlibet ventum cardinalem duos ad latera habere, unde ventos esse duodecim. Orientalis ventus aerem reddit serenum, occiduus nubilum, septentrionalis frigidum est, et siccum, meridianus vero calidus et umidus.

Caput 3um

De Maris Aquis

Articulus 1us

De Motu, et salsedine Maris.

Maria omnia bis quolibet die intumescunt, et bis detumescunt, hac tamen lege ut quando in hac parte detumescunt, ex opposito intumescant, et e contra, et ideo sex horis augentur, totidem minuuntur; non tamen ubique equaliter. Etenim in fine Adriatici prope Venetias intumescentia est valde notabilis, e contra in toto Mediterraneo, et exiguum in Oceano videtur maximum, nam in Belgio ad octodecim, in Britania ad octoginta cubitos ascendit. In Oceano pacifico ad plurimas litorum ad decem leucas exundantes aquae in continentem. In oceano autem Indico tanta est aquarum multitudo, ut ad ostium Indi fluminis aqua ad 30 leucas recedat a continenti in modum rapidissimi torrentis, et statutis horis confluit ad littus Cambaje. Hic vigorosus Maris motus, fluxus seu fluxus et refluxus habet diurnum, menstruum et annuum periodum. 1a est, quia Maria cum 1o ascendere incipit Luna supra Orizontem incipiunt et ipsa ascendere, ut lunae ascensui se accomodare videantur, quare ubi Luna ad summam altitudinem meridianam pervenit, Maria summam intumescentiam obtinent, et quando Luna in occidentem declinat, maria decrescunt, ita ut finis decrementi sit cum luna occasum attingit: paulo post eodem tempore incipiunt tumescere denuo, e regione

Lunæ motus ad oppositum meridianum, à quo dum in nostram orientalem plagam Luna revertitur, elevatio rursus minuuntur; quare sex circiter horis crescunt, sex circiter decrescunt; 2° ideo, quod in noviluniis, ac pleniluniis maximas faciunt intumescentias minimas in quadraturis. 3° vero habetur, quod maximus sit æstus in æquinoctiis, minimus in solstitiis.

Fluxus maritimi æstus causam communior sententia facit existimans esse ex aeris pressione per superincumbentem Lunam operatam in aquas, quæ proinde quia ex hac parte mediante aere pressæ ad alias fluunt, illic maris intumescentiam faciunt: huius autem sententiæ fundamentum est huiusmodi: illud ex quo maritimus æstus oritur, et cum quo æstus maritimus semper coniunctus est, et à quo diurni, huius menstrui, et annui æstus maritimi discrimina repeti posse videntur; atque aeris pressio per superincumbentem Lunam operata in aquas semper coniuncta est æstui maritimo, ut æstus maritimi historia demonstrat, atque ab eo æstus diurni, tum menstrui, tum annui maritimi æstus discrimina repeti possunt, siquidem æstus discrimina Lunæ actionibus quas habere potest pro variis [illegible] distantiis accommodantur; ergo æstus maritimus ab aeris pressione per superincumbentem Lunam operata in aquas oritur.

2° instar vero opinio: docet æstus maritimus à fluviis in mare provolutis causari, vel quatenus irruentes in mare aquas occurrentibus undis abripiunt in opposita littora, et intumescere extollunt, et quando ad eos tumores perveniunt, qui suo pondere prævalent, maris fluxiones irruentium repellunt donec iterum eodem pondere cedant, et adductos iterum extumescant, et sic iterum refluant. Vel quatenus ex diversis littoribus inundantes mare ita ~~[illegible]~~ illud versant, ac succutiunt, ut pro alternis vicibus compellant nunc affluere, nunc refluere in oppositas partes. Hæc vero ultima, quæ magis arridet.

Utraque tamen mihi displicet, displicet 1°, quia si ex Lunæ aeris pressione fit æstus in mari fieret etiam in lacubus, fluminibus, et in paludibus; 2° quia his temporibus quibus æstuat mare alii etiam liquores in se attollerentur, atque in eius signetur dum Luna horizontem ascendit. 3° displicet 2° quia non æqualiter seu semper ad mare pergunt flumina, æqualiter seu semper æstuaret mare.

unde cum maris pro varijs temporibus subeat periodicas variationes, fluvios in mare ingressus esse negant causam fluxus maritimi.

Secundo, quas Deus aquis Maris ob varios contulit fines, quos inter [illegible] saporem generarent ac facilius naves sustentarent, oriri ex ipso sale, cuius plurimae particulae adnatant in fundo Maris: sicuti ex varijs salinis particulis origines ducunt quamplurimi fontes salsi, qui per orbem dispersi reperiuntur.

Articulus 2us

De Origine Fontium

Fontes magis perennes, ac flumina praecipua originem ducere ex mari, [illegible] et ratio suadet, et auctoritas. Suadet ratio, siquidem vix ex una parte fluminum perennitas salvari, et ex alia facile intelligitur cur fluminum ingressu mare non redundet. Suadet etiam auctoritas nam Ecclesiastes 1.o capite: Omnia flumina intrant in mare et mare non redundat; Ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant. Dixi: fontes, torrentes enim et [illegible] pluvijs fiunt. Dixi fontes magis perennes et flumina praecipua, nam torrentes, minus perennes fontes, ac minoris momenti flumina oriri posse ex nivibus solutis. Admitto tamen ex nivibus solutis etiam ipsi fontes ac flumina [illegible] quorum aquae copia maior est aestivo, quam hiberno tempore caeteris paribus.

Caput 4um

De Meteoris Terrestribus

Articulus unicus

De Causis varijsque terraemotus differentijs

Terraemotus est terrae tremor, ad instar subsultus per intervalla repetiti. [illegible] triplicem causam recognoscere potest. Aliquando enim oritur ex praecipiti multorum [illegible] lapidum in specus subterraneos, qui tanto pondere ac conatu ruentes [illegible] similes tremores excitant loco omnino proximo. Aliquando ex impetu ventorum qui intra cavitates [illegible] gemitus ac nisus faciunt ad erumpendum [illegible] commovent. Aliquando et frequentius ex terribilibus exhalationibus in magna copia, in cavernis, et visceribus terrae inclusis, quae [illegible] alicuius corporis calorem, et activitatem sentiunt rarefiunt [illegible]

rarefactæ recipiunt; quemadmodum in re ipsa, ex quo 2.a causa, pigmenti per omnes angustias exitus frustra quæsitis claustra convellere nituntur, et effracto carcere in apertum prodire, cumque in agitatione ac motu magis semper incalescant, tandem indomita quadam naturæ potentia foras erumpunt magno cum strepitu eo modo, quo magno cum fragore foras erumpunt venti ex exhalationibus intra nubes accensis. Ex his habes terræmotus ex 1.a causa progenitos, juvare esse dicendi ab incolis Regionum maribus vicinarum, et præcipue Insularum, terræmotus ex 2.a causa ortos ab incolis hoc loci fangosi, ac soliditatibus subterraneis abundantibus, et ortos ex 3.a ab iis, qui in locis sulphureis, ac bituminosis morantur dignosci.

4.o sunt terræmotus differentes, qui ex diversis accidentibus exhalationum scilicet quantitate, qualitate, positione, situ, agitatione, ac impulsu desumuntur. Et ideo alii dicuntur Brasmatiæ, alii Chasmatiæ, alii Climatiæ, alii Mycematiæ. Brasmatiæ dicuntur illi, et exhalationes intra terræ viscera inclusas, humum sursum rectaque ebullientes sursum propellunt immanissimis motibus; et hoc modo in Asia emersit Delos omnium Insularum quæ clarissima claruit. Chasmatiæ e contra dicuntur terræmotus ii, in quorum non montes extra terram saliunt, sed cum vehementissimo motu partes terræ voraginibus partem terrarum aliquam absorbent, quemadmodum testantur Plinius Helice et Bura civitates Urbes in Achaja aliquæ absorptæ fuerunt: Climatiæ dicuntur qui nec terræ partes attollunt, nec absorbent, sed qui urbes ac ædificia explanant: Mycematiæ vero, quorum vi elementa dissoluta conjunctis, aliunde vel velabuntur, considentibus terris, id fit cum minaci sonitu immittunt immanes taurorum mugitus. Plura dedissem, si plus temporis dedisset.

Finis.

[illegible]
ex [illegible] anno 1754

Tractatus de Anima

Quaestio 2a

De Anima in genere

Ars 1us

Quid sit anima in genere

Cum Aristoteles l. 2. de anima tres statuos rerum diversitas, quarum 1a est: ea quae sunt aut accidens sunt aut substantia; 2a substantia aut est materia, aut forma, aut compositum: in iis materia est principium entis, forma est entelechia, idest actus: compositum vero quod ex utroque conflatum: 3a actus duplex est: Alter qui est principium operandi, alter qui est operatio: hic 2us dicitur, ille actus 1us vocatur: dubium nascitur quid ex iis sit anima, pro cuius resolutione dico

Sectio, et Assertio 1a

Anima non est accidens, sed substantia

Probatur 1o viventia per animam constituuntur in specie determinata viventium, et constituuntur a non viventibus differentia quod anima non est accidens sed substantia. ant. liquet cons. probatur alimenta non sunt accidens, ergo anima, quae illa constituit in specie determinata et per quas a non viventibus essentialiter differunt ac quae est nobilior aliorum, non accidens est sed substantia. Probatur 2o anima est 1um principium motuum in viventibus, sed hoc 1um principium accidens esse nequit, et intendo, accidens non operatur virtute propria sed semper ut instrumentum et virtus alicuius principii ergo accidens esse nequit 1um principium motuum. Ideo: quod non habet esse per se, sive ut substantia, neque habet per se operari, sed accidens non habet per se esse, ergo neque operari, ut quod non habet per se operari esse nequit 1um motuum principium idest anima.

Obiicies 1o anima non pertinet ad genus substantiae, ergo non est substantia sed accidens, probatur ant. quicquid pertinet ad genus substantiae, vel est 1a vel est 2a substantia, sed anima non est 1a cum non sit compositum, nec 2a cum non sit genus nec species: 2o probatur idem ant. substantia per se subsistit, sed anima non subsistit per se, immo est aliquid rei subsistentis. ergo 3o anima est in subiecto ergo accidens est, non substantia, probatur conseq. Aristoteles in praedicamento substantiae docet esse omni differentiam accidentis esse in subiecto ergo anima accidens est non substantia

Ad difficultates solutionis advertendo substantiam duplicem esse, uno modo strictae pro eo quod ponitur in recta linea illius praedicamenti, et sic dividitur in 1am

nempe in supposito et in 2.º substantia, nimirum in genere et specie, alio modo late pro ut se extendit ad omne id quod non est accidens, sive sit pars, sive totum, nunc R.º negando ant. ad cuius probationem dist.º maj. quod pertinet ad genus substantiae stricte sumptae, C.º maj. quod pertinet ad genus substantiae late acceptae n.º maj. et sic distincta min. n.º conseq. divisio substantiae in 1.am et 2.am est divisio substantiae stricte acceptae et completae, anima autem licet non sit substantia completa, ad illam tamen late acceptam spectat si non ut totum, proinde ut pars substantialis.

Ad 2.am probationem dico non solum esse substantiam id quod per se subsistit ut totum, sed omne illud quod non est accidens sive totum, sive pars. Ad 3.am dist.º ant. anima est in subiecto recipiendo esse ab illo, et non tamquam eius pars, sed illud constitutum supponendo quod est proprium accidentis n.º ant. anima est in subiecto dando illi esse et tamquam pars constituendo, et quidem actu C.º ant. et n.º conseq. et hic 2.us modus essendi in subiecto, est ille qui animae immo omnibus formis substantialibus competit ex quo nullo modo sequitur quod sit accidens

Sexio, et Assertio 2.ª

Anima non est materia

Probat. anima est principium motus et operationum vitae, ut iure pro nunc supponitur, sed materia de se nullius est activitatis, sicuti alibi docuimus, ergo anima non est materia

Obijcies, id, cui competit quod proprium est materiae est materia, sed animae competit quod materiae proprium est siquidem ipsi competit esse in potentia recipere, et pati, ergo anima est materia

R.º C.º maj. n.º min., ad cuius probationem dico esse in potentia recipere et pati aliter convenire animae aliter materiae, nam anima recipit, et patitur transmutationes intentionales, non phisicas, materia autem phisicas, sed non intentionales

Sectio, et Assertio 3a.

Anima non est quid compositum ex materia et forma.

Probatur. anima est forma corporis viventis ergo non est quid compositum. Probatur consequentia anima si esset composita aut est forma ratione totius aut ratione alicuius suae partis, non 1us quia ratione materiae non potest informari, materia enim non actualitatem sed potentialitatem importat, si autem informat tantum ratione alicuius suae partis ergo sola illa pars erit anima, et non totum compositum, cum sola illa pars sit dicenda actus 1us et 1um principium vitae, ergo anima non est compositum.

Obijcies solum compositum terminat actionem agentis, sed anima terminat actionem agentis, saltem loquendo de rationali ergo anima est compositum.

Respondeo nullam animam terminare actionem agentis excepta intellectiva quae a solo Deo producitur. cum animae agentia corporalia non producant aliquid nisi ex materia non potest eorum actio terminare nisi ad compositum ex materia. Actio autem Dei, qui vel sine materia aliquando operatur, etiam ad solam formam potest terminare.

Sectio, et Assertio 4a.

Anima neque est corpus

Probatur 1o corpus non est in subiecto anima est in subiecto ergo anima non est corpus consequentia est evidens, antecedens et ipsum patet, quia potius convenit corpori quod sit subiectum et materia, quam esse in subiecto.

Probatur 2o anima dum vivificat corpus est in eodem loco corporis ergo anima non est corpus antecedens constat, quia si forma esset loco separata materiae non posset illam actuare sicuti necesse est, consequentia probatur duo corpora esse nequeunt in eodem loco sine penetratione quae naturaliter impossibilis est ergo anima non est corpus.

Probatur 3o semper cum D. Thoma anima est principium totius vitae, sed corpus non est principium totius vitae, minor probatur corpus non est principium vitae in quantum corpus aliter omne corpus esset principium vitae, neque in quantum est tale corpus, quod probatur 2a antecedentis pars: si corpus est principium totius vitae in quantum est tale corpus, tunc non ipsum corpus, sed actus ille a quo habet, quod sit tale, erit principium et causa vitae, ergo anima non est corpus.

Obijcies 1o anima est movens, sed mota, non enim est 1um movens omnino immotum, sed omne movens motum est corpus, ut docet Aristoteles in 6o Physicorum textu

Arg. 1º anima est corpus. 1º anima esse nequit movens corpus nisi sit contactus inter animam et corpus, sed contactus non est nisi duorum corporum, ergo si anima est movens corpus est corpus. 3º si anima non esset corpus, non posset cognoscere res corporeas, sed anima has cognoscit, ergo anima est corpus: probatur maior cognitio fit per assimilationem sed corpus assimilari nequit rei incorporeae, ergo si anima non est corpus non potest cognoscere res corporeas. 4º anima vegetativa et animae sensitivae habent trinam dimensionem quantitatis ergo sunt quanta, ergo corpus. 5º in Concilio Niceno 2º et Synodo 7ª generali refertur sententia cuiusdam doctissimi Georgii asserentis Angelos esse praeditos corpore nec tamen reprobatur, immo probari videtur.

R. ad 1um dist. maiorem anima est movens sed mota per accidens concedo maiorem, sed mota per se nego maiorem et dist. minorem movens motus per se concedo minorem, per accidens est corpus nego minorem et consequentiam. Sicuti duplex datur movens immobile unum quod est Deus, motum alterum quod versat omnes formas quae a Deo moventur et motus dant proportionato sibi mobili, ita duplex datur motum movens unum per se et est illud quod ex se nullam habet activitatem sed hanc recipit ab alio hoc fateor esse nequit nisi corpus: aliud per accidens, et est illud quod ex se vim motricem habet sed interdum sinit se ab alio moveri, quale est anima quae moto corpore per influxum extrinsecum et ipsa movetur, huiusmodi autem movens non est corpus.

Ad 2um dist. maiorem anima esse nequit movens corpus nisi sit contactus inter ipsa concedo maiorem, quantitativus nego maiorem et dist. minorem contactus quantitativus concedo maiorem contactus virtutis nego minorem et consequentiam. Contactus animae ad corpus non consistat in approximatione quantitatis sed in actione participatione similitudinis et virtutis quae etiam corpora inter se valde localiter distantia se tangunt ut sunt caelestia ad haec inferiora fieri potest etiam ab anima ad corpus quin sit corpus.

Ad 3um nego maiorem ad cuius probationem dist. maiorem cognitio fit per assimilitudinem

rei secundum esse intentionale et non secundum esse naturale rei quasi quod similitudo rei cognitae debeat esse in cognoscente secundum esse naturale ipsius quod habet in re non omnis, alioquin dicendum quod mons cognitus deberet esse in cognoscente et dicit: minor ergo secundum esse naturale assimilari nequit rei incorporeae non autem secundum esse intentionale quod abstrahit, efformatur in potentia cognoscente non[?] ... et origo

Ad 4um r.o cum Caiet. q. 75 a. 1 in 2a p. D. Thomae quod ex eo quod illae animae sint divisibiles secundum divinas dimensiones Cantus colligit quod illae animae sint corporeae et materiales, ... quod sint corpus quia de ratione corporis est quod sit divisibile per se. Verba sunt Factoris.

Ad 5um r.o quod quidquid senserit Ioannes Episcopus Thessalonicensis et Tharasius Episcopus ipsius Concilii, neutrum tamen concilium intendit diffinire, quod Angeli habeant corpus sed quod religiose possint depingi eo quod cum ipsi apparuerunt in corporibus ut se ipsos nobis repraesentarent etiam a nobis sub figuris corporeis possunt significari.

Deinde quid quid sit de Angelis, de quibus alibi animas rationales non esse corporeas fide duce docebimus q. sequenti a. 2.

Sectio et Assertio 5a dubii resolutiva

Anima est actus 1us corporis physici organici in potentia vitam habentis.

Probatur 1o anima ex una parte est substantia, ex alia nec est materia nec corpus, nec compositum, operatiuaque est operatio, idest actus 2us, ergo est actus 1us scilicet forma

Dices licet anima sit substantia, nec sit materia, nec corpus, nec compositum, non convincitur quod sit forma seu actus 1us: Posset enim esse spiritus, ergo

Sed contra non ans, ad cuius probationem dico etiam substantias spirituales esse actus, et sic deductio sufficientissima divisioni innititur.

Probatur 2o Omnia viventia corporalia constant ex principio vivificante et ex corpore vivificato, quod idem est ac dicere ex potentia et actu, ex materia et forma, sed principium vivificans est actus et quidem 1us cum non sit operatio, ergo anima, per quam nil aliud intelligitur nisi principium vivificans est actus 1us.

Obijcies si anima est actus, aut est actus purus, aut compositus includens in se actum et potentiam non 1um, quia solus Deus est actus purus non 2um, alioquin falso diceretur quod anima sit actus, nam pars non praedicatur de toto vel saltem dici posset quod sit potentia, ergo. Confirmatur actus dividitur aliquod transcendens, ergo non ex de definitione animae. Transcendentia enim non pertinent ad

verum definitiones.

R. animam esse actum purum sed non simpliciter et absolute in ordine ad omnia qualis est Deus, qui proinde nullum respectum potentialitatis importat, bene uero actum purum in ordine ad corpus quod informat ac uiuificat quamvis aliquam potentialitatem includat, ex ea ad esse uniri 2. neque per hoc dici potest potentia, quia cum anima essentialiter sit pars compositi et solum ad materiam ac compositum dicat ordinem essentialem non autem ad aliquam aliam formam, hinc est quod simpliciter, immo et essentialiter dicatur actus et forma compositi, ac materiae non autem potentia. Ad confirmationem dico: ens dicit aliquod aliqualiter transcendens ... ens, omnino non ens et constat, quod maxime uerum est quod actus ... hic in omni sua latitudine, sed solum pro actu substantiali. Hoc posito claritatis gratia, pleniorem definitionis notitiam per explicationem singularum partium subiungo. Dicitur igitur anima actus primus seu entelechia, primo ut significetur esse principium substantiale, primarium, actiuum, intrinsecum corpori, quod actuat, ac determinat ad esse tale compositum et cum eo constituens unum adaequatum principium operationum, quae proprie sunt naturae talis uiuentis. 2º ut a ceteris actibus accidentalibus qui sunt actus 2i, et ab aliis formis praeexistentibus in materia dist. inaequali prioritate dignitatis, et excellentiae. Dicitur corporis physici ad differentiam corporis artificialis, et mathematici, pro corpore mathematico intelligo trinam dimensionem quam parte, et quaelibet substantia corporea, dicitur organici, quo notatur animam non esse actum cuiusque materiae sed materiae iam a natura dispositae ac praeparatae ut sit instrumentum accomodatum ad exercendum operationum propriarum talis compositi. Dicitur in potentia uitam habentis quo significatur corpus organicum reddi ab anima formaliter uiuens, licet de se solo uiuum actu non sit, sed dumtaxat uiuendi capax, et per animam constitui in esse principii potentis actus uitales producere. Quam cuilibet composito ex corpore, et anima ratione animae competat uideamus hic

Articulus 2us

Quid sit uita

Licet nil notius sit uita, hanc luculenter explicare, ac proprie definire ut plerumque contingit in his quae sub immediatam experientiam cadit, res ualde operosa est, communiter tamen uitae conceptus deducitur ex operationibus propriis eorum quae uulgo uiuere

consens, hinc Aristoteles 8.° phisicorum textu 20, ait, animatorum proprium esse ipsa a se ipsis moveri. Et D. Thomas in 3.us sententiarum q.e 7.a inquit: Ideo enim hoc dicta sunt 1.° aliqua vivere quia visa sunt a se ipsis moveri, ut plantae motu suo augmenti, et animalia per motum ipsorum localem, eo modo quae visa sunt non moveri nisi ab aliis mota dicta sunt mortua, vel vita carentia: Ex quo fit quod quandiu videmus homines aut belluas a se ipsis moveri vel motu progressivo, vel respirationis, aut plantas motu augmentativo tandiu ea vivere dicimus, at omni motu cessante vita carere pronunciamus. Sed quia ab effectibus procedere in causarum investigatione philosophorum minus proprie videtur; supposita divisione vitae in vitam in actu 1.° et in vitam in actu 2.° duabus sequentibus sectionibus rem clarius dilucido

Sectio 1.a

Quid sit vita in actu 1.°

Pro vita in actu 1.° nil aliud intelligendum venit quam id, per quod essentialiter viventia vivunt, hinc.

Assero vita in actu 1.° est principium movendi se ab intrinseco ad suam perfectionem in statu 2.us naturae iam perfecto. Sed ante probationem unum praemitto monitum,

Nomine motus non esse praecise intelligendum motum localem, sed et principaliter operationem ab intrinseca principii viventis energia provenientem, quae ipsummet principium afficit intrinsece et in eo recipitur, ipsumque enim perficit: unde operatio vitalis dicitur etiam actus perfecti: Ut esset in ea operatio illa, qua viventes vegetativum vivunt intrinseca agit circa alimentum, et illud in sui substantiam transmutat et qua se ipsum perficit, quatenus vitam sibi conservat auget partes, aut reparat, nunc assertionem

Probo: Movere se ab intrinseco ad suam perfectionem in statu 2.us naturae iam perfecto competit omnibus, et solis viventibus, ergo vita in actu 1.° est principium movendi se ab intrinseco ad suam perfectionem in statu 2.us naturae iam perfecto. Probatur antecedens omnia et sola viventia statim ac constituta sunt in statu perfecto proportionaliter ad propriam naturam per congruam materiae dispositionem, et organizationem mediis operationibus ab intrinseca energia provenientibus affectant sibi correspondentem perfectionem, et earum operationum in principio a quo eliciuntur recipiuntur, et receptae principium perficiunt quod liquet tum in animalibus, quae motu proprio intrinseco alterius aggrediuntur, ac invicem obiecta percipiunt perficiendo

perficiuntur: ergo melius iuxta propriam naturam se habent, tum in plantis, quae videntur flores explicant, ac frondes, et explicando ad suam perfectionem moventur. cum dicta vegeta-
-tiva perfecte actuosiore succorum copia, ac humorum temperie perfectius se habent, ergo movere se ab intrinseco ad suam perfectionem in statu secundum naturam imper-
-fectam competit omnibus et solis viventibus et solis inquam, quia quae viventia non sunt, sed inanimata dum sunt in statu perfecto ab intrinseco non moventur, immo quiescunt, ut patet tum de gravibus dum in centro sunt, tum de levibus dum sunt in propria sphaera, et simpliciter ab intrinseco moventur, quando in sta-
-tu sibi perfecto non sunt, sic ab intrinseco aqua movetur, solum quando existens in statu violento calefactionis tendit ad reparationem frigoris deperditi lapis quando distat a centro, et aer quando est violenter compressus, ergo tradita vitae in actu 1° deffinitio, quia competit omnibus, et solis viventibus est recta, et bo-
-na.

Objicies 1° vitae potentiam vegetativam non competit tradita deffinitio. ergo probatur antecedens id quod augeri postulat non est in statu perfecto secundum naturam, sed vivens vegetativum augeri postulat, tendit enim operatione ad augmentum quantitatis ergo.

R. n. antecedens ad probationem dist. maiorem non est in statu perfecto spectata perfectione exte-
-nsiva, et integrali c. maiorem perfectione intensiva substantiali n. maiorem et dist. minorem n. consequentiam. Vivens vegetativum etiam prout a generante producitur, habet quidquid requiritur ad perfectionem substantialem debitam suae naturae pro illo statu unde perfectum est sufficienter secundum naturam, esto deinde virtute sua vegetativa tendat ad quantitatem ulteriorem quae est minus perfectio exte-
-nsiva, et extensiva eiusdem viventis, sic verbi gratia arbuscula 1° edita vivens est, ac perfecta quam nihil ipsi deest ad rationem specificam propriae naturae licet virtute sua fibras, et organa moveat, ad alimentum suscipiendum, illudque in propriam substantiam transmutandum.

Objicies 2° augmentatio, et nutritio actio vitae vegetativae non immanens ex se transiens in materiam quae mutatur in substantiam alii; ergo vita in actu 1° non est principium operationum immanentium.

Antequam faciam satis huic obiectioni, quae potius contra nondum stabilitam assertionem militat, sit

Sectio 2.ª

Quid sit vita in actu 2.º

Per vitam in actu 2.º intelligo exercitium, seu actum principij vitalis, hinc

Assero vita in actu 2.º est motus perfecti a se in se

Probatur. vita in actu 2.º est id per quod principium vivens dicitur actualiter, et in exercitio vivere, sed id per quod principium vivens dicitur actualiter, et in exercitio vivere est motus perfecti a se in se, idest actio immanens principij 2.º naturaliter perfecti, ergo vita in actu 2.º est motus perfecti a se in se: illa est certa, minor quo ad particulam perfecti fuit supra probata, quo vero ad qualitatem actionis, quae immanens dicitur, pariter fuit ostensa superius ratione positiva experimentali, quam modo restat solum ... vindicare ab obiectionibus hinc ad 2.am propositam.

R.º negando ans: duo enim considerari debent in operatione vitae vegetativae, motus scilicet organorum, et filtrans et actio, per quam principium vivens agit circa alimentum, quod transmutat, ac sibi unit, dividitque in suas partes, et haec est actio vitalis ab, et in principio ipso vivente immanens et motus receptus in alimento, et mutationes patitur, quas omitto nunc esse immanentes, sed transeuntes, et in substantia cibi recipitur, est in hoc nil contra asserta, eas non dicimus fuisse motus circa quas agit vivens esse recipi in principio vivente, sed in cibo actus

Dices saltem vegetatio, et sensatio hominis licet sint actus vitales non recipiuntur in principio a quo producuntur, ergo non omnis vita in actu 2.º est motus perfecti a se in se: Probatur ans. hae operationes in homine sunt ab anima ut principio activo, et recipiuntur in organis materialibus ergo

Sed contra distinguo ans: non recipiuntur in principio inadequato transeat ans, in principio adequato talium actuum seu in supposito a quo sunt nego ans, et consequentiam. Dato quod illae operationes a sola anima active procedant nihilo tamen minus recepta sunt in eo a quo procedunt nempe in homine: Anima enim operationes illas dumtaxat exercet ut unita corpori, et organis corporeis, quibus utitur tanquam instrumentis ad vegetationem et sensationem, quare principium adequatum horum actuum vitalium est homo ipse sive suppositum ex anima, et corpore unitis, nam ut fert communis scholasticorum effatum actiones sunt suppositorum

unde est qd vi recipiunt in corpore recipiunt in principio i quarunt.
Instabis adductum uitæ conceptum non conuenit Deo, qui tamen fruitur optima uita, g.
probatur ans Deus omnes perfectiones continet per simplicissimas identitates
q. dici nequit principium mouendi se ab intrinsecus nec eius actus motus
a se in se. Rursus diuini actus uitales in Deo proprie non recipiuntur tum
quia identici cum essentia diuina, tum quia Deo repugnat ratio subiecti
importans potentialitatem, et consequenter perfectibilitatem, g.
Sed contra n. eius etiam si traditus uitæ conceptus rite explicetur etiam Deo applicabilis
est mas etiam Dei uita in actu 2°. asseritur posito motus a se in se: Namque
si loquendo de Deo nomine motus proprie intelligatur determinatio formalis ab intrinseco ad intrinsecam perfectionem actualem et uitalem puta ad intellectionem, et
uolitionem, ita ut si a se significet causalitatem et productionem nec uitalitatem
sed independentiam ab alio et si in se significet identitatem actus diuini cum ipso
Deo, nec autem physicam receptionem et in hoc sensu uere est in Deo optima uita
intellectualis et uolitiua quatenus cognitio essentiæ diuinæ et amor actualis infinitæ suæ bonitatis est actus entis perfectissimi et est in Deo a se et in se per identitatem. Sed quid quid sit de hac doctrina, quæ ignoraui sane est memento
nos non deffinire uitam cuiuscumque uiuentis, sub quo genere et Deus et Angeli
ueniunt, sed tantum physicam uitam propriam uiuentium corporeorum ut debitè constantium anima, et corpore.
Iam uero cum satis inuicem perspicuum sit inter uiuentia corporea alia possidere uitam
tantum uegetatiuam ut sunt plantæ, alia uegetatiuam simul et sensitiuam ut
bruta, alia demum uegetatiuam simul sensitiuam et rationalem ut homo, ingrediendum
nobis occurrit quid sit uegetatiua, quid sensitiua, quid rationalis anima quæ cum
has inter hæc ultima perfectio iure censeatur, ab huius examine exordiendum arbitror, unde sit

L. 2.

De Anima rationali

Q. 1ª

An anima rationalis detur in Homine

Suppositis notionibus animae in genere quas in praecedenti quaestione tradidimus, rationalis anima recte deffinitur: principium activum substantiale vitalium intellectionum et volitionum, et hujusmodi vitale principium.

Assero dari in homine.

Probatur: evidenter unicuique constat se intelligere ac velle, adeoque vitam vivere intellectivam et volitivam; ergo datur in homine substantiale principium activum vitalium operationum ac intellectionum. Major liquet, consequentia probatur: vita actualis active procedit a principio activo vivente, est enim motus a se in se; ergo datur in homine principium activum vitalium intellectionum et volitionum; hoc autem principium accidentale esse nequit, ut dicemus supra; ergo est substantiale; ergo datur in homine principium activum substantiale vitalium intellectionum et volitionum; et qui hoc nil aliud est nisi anima rationalis, ut ex eius deffinitione; ergo datur in homine anima rationalis. Sed et de hoc nullus vit dubium.

Articulus Secundus
Quid sit Anima rationalis.

Ut clarius procedamus, scias oportet corpus esse principium et subiectum affectionum simpliciter sensibilium, natura sua impenetrabile, extensum ac partibus constans, adeoque divisibile et perceptibile sensibus; spiritum vero substantiam esse intellectivam ac volitivam, distinctam a materia eiusque affectionibus, ab eadem independentem in esse et operari, penetrabilem, inextensam trina dimensione latitudinis, longitudinis et profunditatis, saltem prout dimensio partes includit, per consequens indivisibilem. Hoc posito

Assero 1º certum esse certitudine fidei animam rationalem spiritum esse.

Probatur 1º ex scriptura. Matthaei 27º de Christo Domino vero homine dicitur: spiritum emisit. Lucae 23º spiritum suum Patri commendavit. Sed profecto nec emisit spiritum, id est divinitatem, nec divinitatem Patri commendavit; 2us enim hanc minoratus sustinebat a Patre; ergo emisit, commendavit spiritum suum, nimirum animam, quam et ipse contrahebat ut verus homo. Praeterea psalmo 145º de homine morituro legitur: Exhibit spiritus eius et revertetur, subintelligi homo, in terram suam. Ecclesiastici 12: revertatur pulvis in terram suam et spiritus redeat ad eum qui dedit illum. Ad Romanos 8º: ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro. Ad Galatas 5º: Caro concupiscit adversus

spiritus, quod sub aliis terminis declaratur, et D. Petrus epistola 2.a dicens: Carnalia desideria militant adversus animam.

Probatur 2.o ex definitione Concilii Lateranensis 4.i sub Innocentio 3.o Deus sua omnipotenti virtute ab initio utramque condidit creaturam spiritualem et corpoream, Angelicam videlicet, et mundanam, et deinde humanam quasi communem ex spiritu et corpore constitutam.

Probatur 3.o ex communi S. Patrum consensu: Nam praeter D. Hieronimum, qui in epistola ad Pamachium contra errores Origenis refert tamquam errorem asserere animam rationalem non esse spiritum, et D. Augustinum L.o 7.o super genesim ad litteram c. 25.o et alibi saepius, aliosque quamplures, apertè id docuit D. Ambrosius L.o 6 de Noe, et arca c. 25.o asserendo animam nostram non esse igneam aut sanguinem, ut aliqui voluerunt, sed spiritum a Deo creatum, cui consonat S. Grisostomus Omilia 3.a imperfecti super Matheum, ubi dicit quod anima est spiritus, et propterea spirituale signum timet, quare constat certitudine fidei nobis per scripturam significatum, per concilia declaratum, per communem S. Patrum consensum confirmatum animam rationalem spiritum esse.

Objicies Genesis 2.o ubi describitur mundi creatio dicitur: formavit Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, sed nomine spiraculi in scriptura sacra significatur res corporea, ut Iob 41.o: Una uni coniungitur, et nec spiraculum incedit per eas, quare anima est res corporea. Confirmatur ex illo Sapientiae 2.o fumus afflatus est vita nostra, et spiritus diffundetur quasi mollis aer, quare anima est spiritus aereus.

Respondeo non enim saltem in hoc loco, fateor in scriptura sacra nomina illa spiritus, spiraculi aequivocè usurpari, sed non in hoc loco, ut est communis Patrum sensus, pro qua re legi potest è multis non credentibus D. Augustinus L.o 2.o de genesi contra Manicheos c. 8.o Ad confirmationem respondetur 1.o quod illa verba quamvis contineantur in sacra scriptura tamen proferuntur, ut asserta ab insipientibus, et impiis, quibus proptera nullam fidem faciunt: hic enim regulam celebris D. Augustini in libro ad Orosium contra Priscillianistas c. 9.o quod non omnia quae in scriptura

continentur: vero censenda sunt quia in illa continentur: quemadmodum licet Joannis 8° dicatur de Christo daemonium habes; non tamen idcirco Christus daemonium habebat, et Job 22° de Deo: circa cardines Caeli ambulat, et nostra non considerat, tamen verum est illud Sapientiae 6°: est illi cura de omnibus. 2°: quod in illo testimonio Sapientiae sermo illorum insipientium erat de vita nostra brevi, ut ex contextu colligitur, non vero de anima 2us sc. quod si sermo esset de anima 2us sc. dico quod Justitia c. 3. ubi ipsi impii affirmaverunt se errasse et animus hominum manere post mortem.

Assero 2°: evidenter ratione naturali probari potest animas rationales spiritus esse

Probatur 1°: idea spiritus positive excludit ideam corporis, et e contra, sed animae convenit idea spiritus et repugnat illa corporis, ergo anima spiritus est, non corpus, probatur minor: animae competit intelligere, velle, et desiderare, quae est idea spiritus repugnans corpori et repugnat extensio, quae corpori convenit, ergo animae convenit idea spiritus et repugnat illa corporis.

Dices cum Cartesio si animae convenit intellectio haec non repugnat corpori, intellectio enim et extensio sunt duo modi substantiae corporeae

Sed contra non modo eiusque probationis illas propter mutuam exclusionem idearum spiritus, et corporis, quod cogitare potest absurdum, quam percepti necesse esse modum corporis extensi. Primo si hoc verum esset procul dubio eveniret quod cum posset mens humana aut vastissimas terrae partes aut amplissimas Caeli spatia apprehendere deberet horum corporum mensuram suis dimensionibus physicis aequare, in hac enim quando ipsa esset velut quaedam tabula ex una parte deberet horum corporum extensionem repraesentare ex alia cum haec ad minimam extensionem redigi non possint, deberet illa sese horum magnitudini accommodare sicque se extendere ad medium et centrum eorum extensionem. Insuper si corpus esset quomodo posset exercere virtutes fidei, iustitiae et religionis nisi diceremus has esse modos modorum corporis extensi. Postremo Deum diligere, parentes et Magistros colere, futuris providere, praesentibus consulere, amicitiam nulla utilitatis spe colere, mortem pro vera virtute sustinere, divitias tanquam spinas contemnere, amabilia odisse, aspera desiderare aliaque huiusmodi exercentur, quis quaeso sanae mentis vel ingenii indigentiae subiectae corpori de limo terrae efformato attribuere potest.

Probatur 2°: creavit Deus homines ad imaginem et similitudinem suam quoad aliquid inerat homini, per quod similis Deo possit dici, sed Deo similis non est 1° corpus, ergo 2° anima

atqui 2.us animae similis esse nequit nisi haec sit spiritus, ergo talis est

Probatur 3.o ratione negativa. Si anima esset corpus non posset intelligere alia corpora ergo anima est spiritus. Probatur antecedens: corpus intus existens prohibet cognitionem extranei iuxta D. Thomam cui adhaeret etiam Philosophus 2.o de anima, ergo si anima esset corpus non posset intelligere alia corpora. probatur antecedens corpus intus existens intelligendo fieri nequit omnia, sed quod intelligendo fieri nequit omnia prohibet cognitionem extranei ergo corpus intus existens prohibet cognitionem extranei: Maior liquet, minor ostenditur. potentia intellectiva intelligendo fit omnia (intellige per assimilationem illorum ad se) ergo si corpus intelligendo fieri nequit omnia corpus quod intelligendo fieri deberet omnia, prohibet cognitionem extranei, idest incapax est cognitionis corporis extranei, ergo si anima esset corpus non posset intelligere alia corpora.

Obiicies 1.o potentia tactus habet in se qualitatem tangibilem, nihilominus tamen cognoscit similem qualitatem. 2.o potentia visiva percipit diaphanum et lucem, sed pupilla habet in se diaphanum et lucem immediate coniungitur oculo. 3.o potentia, quae dicitur cogitativa apprehendit res corporeas licet et ipsa sit corporea, ergo a pari etiam si anima esset corpus posset intelligere alia corpora. Primo quod respondeatur sit

Monitum 2.um

Licet quaelibet res sit determinatae naturae quantum ad suum esse naturale et specificum sive sit corporea, sive spiritualis, tamen quod attinet ad cognitionem, per quam unum fit quodammodo alia multa est discrimen, quia sunt quaedam res ita determinatae naturae, ut per cognitionem non possint fieri alia, quaedam vero sunt indeterminatae ita ut per cognitionem et susceptionem specierum possint fieri alia multa: Ut ergo color est quaedam determinata natura, quae suscipere nequit species aliorum colorum et per consequens fieri nequit alia multa per cognitionem, e contra vero anima seu intellectus est quaedam natura indeterminata, quae suscipere potest species aliorum sive substantiae sive accidentis.

Monitum 3.um

Ista indeterminatio habet quandam latitudinem nam potest sumi, et in ordine ad singulares,

et ad universalia: 1.a competit etiam potentijs corporeis, quae dicuntur singularia, 2.a solumodo spiritualibus quae universalia dicuntur; nunc

R. ad 1.um potentia tactus habet in se qualitates tangibiles, nihilominus percipit similes qualitates dist.e quia redactus ad quandam temperiem, per quam potest discernari ab ejusdem qualitatibus et quia aliter non esset. Ad 2.um diaphanum, et lucem esse naturae indeterminatae quantum ad receptionem specierum, propterea non impedire perceptionem alicuius sicut impediret albedo, vel aliud accidens si ibi esset. Ad 3.um potentiam cogitativam quamvis corpoream determinabilem esse per species singulares, propterea non impedire cognitionem illorum. 2.o cogitativam in homine, si cognoscit singularia etiam quantum ad illorum quidditates, id circo ea cognoscere, quia affinitatem habet cum anima spirituali, ex cuius consortio elevatur ad hanc cognitionem in brutis vero non percipere singularia quantum ad eorum quidditates sed solum quo ad accidentia. Alij Barry. ego nego ad 1.a duo sic. Tactum sensibilem non impedire perceptionem sensibilium, diaphanum, et lucem, lucis, et diaphani, quia ratio sensum tactus, et visus adest per assimilationem rei tactae, vel visae ad potentiam nec potentiae fiunt res tactae, aut visae: e contra potentia cognoscitiva intelligendo fit res intellecta, adeoque si corpus esset, quia corpus res percipiendo illas immediate acquiret nec illas sibi assimilare, corpora a se distincta cognoscere non posset. Ad 3.um cognitionem potentiae cogitativae non adimit a spiritu imperfectam esse, adeoque concedi eo modo quo diceb. de cognitione brutorum.

Probatur 4.o anima praeter actus vitales procedentes ab ipsa pro ut unita corpori organico ex eo praeter sensationes, quae fiunt in organis externis et imaginationes quae fiunt in cerebro, aliasque sensibiles affectiones, experitur se habere plures alios actus procedentes ab intrinseca sui virtute, et elicitos circa obiecta omnino insensibilia, puta circa pulchritudinem virtutis, amabilitatem boni et honesti, circa excellentiam spiritus comparative ad corpus, circa perfectionem Dei, et Angelorum, circa impossibilia possibilia aliaque sexcenta omnino insensibilia propterea circa se ipsam ut quid praestantius corpore sed huiusmodi actus habere non posset nisi esset spiritus ergo anima est spiritus: Probatur minor nullus agens agere potest in illud quod est extra latitudinem proprij obiecti, ea aliqua nihil in esse praestantius potentia potest esse obiectum illius, ex altera dicta insensibilia sunt extra latitudinem sensibilium, spiritualia corporalium quae assignati actus eliciti ab

anima haberi ab illa non possent nisi esset spiritus, ergo de facto spiritus est.

Objicies citati actus habentur quidem circa insensibilia et spiritalia, concipiuntur tamen per modum rerum sensibilium et corporearum, ergo anima per hos dici nequit spiritus

R. neg. ant. si sermo sit de omnibus citatis actibus, verò enim quomodo insensibilitas concipiatur virtus, spiritus, impossibilitas et possibilitas. Quod si qui ex citatis actus concipiantur sub aliqua specie materiali nobis optime constat illas non esse species proprias rei conceptae, sed mutuatas, immo scimus res illas multo praestantiores esse, ideoque naturas multum excedere illas species;

Articulus 3us

Utrum intellectiones et volitiones circa insensibilia sint in quocumque genere independentes a materia

Affirmativè assero, et

Probatur: intellectiones et volitiones circa insensibilia neque dependent a materia ut a principio activo, neque ut a passivo, neque ut ab obiectivo, ergo nullo pacto dependent. Probatur ant. quoad 1am partem: Esse depuratas ab omni sensibilitate est ex suo conceptu longe perfectius esse materiali ac sensibili, nam illud convenit etiam Deo, cui hoc autem repugnat, ergo intellectiones et volitiones circa insensibilia quae sunt per ideas expressivas obiecti autem esse depuratas ab omni sensibilitate est independens a materia ut a principio activo: Probatur conseq.: Principium materiale nullas habet immagines aut expressiones, sed ideas materiales nisi illas quae determinatur a speciebus transmissis ab obiectis sensibilibus ad sensus et a sensibus ad phantasiam, ergo principium materiale non potest active producere ideas versantes circa obiectum ab omni sensibilitate remotum. Probatur nunc 2a ant. pars quoad 2am partem intellectiones et volitiones animae circa insensibilia sunt actus eiusdem vitales, ergo sunt affectio propria et perfectio intrinseca principii a quo procedunt, sunt enim formalissime exercitium actuale intrinsecum virtutis, quae est cum principio suo affini, perfectio, et exercitium virtutis principii, seu vita principii in actu est eius sibi motus a se et ex se, et illo eodem principio a quo active procedit, recipitur tamquam in subiecto proportionato

q. si taly aciony actiue n̄ dependent a matª, neq; passiue. Aliado ad 3. dilig. aciony
n̄ dependent a matª tanquam a principio obiectivo quatenus obiectum non uenit sub ratione
sensibili, et matali sed obiectum intellecionis ac uolitionis circa insensibilia nullo pacto
uenit sub ratione sensibili ac matali immo implicat qd ueniat q. intelleciony &
Obijcies anima rationalis qua ut rationalis intelligit dependenter a sensibus, q. falsum est
dari aciones omnino independentes a matª omniq; sensibilitate carentes
R. dist. ans intelligit dependenter a sensibus idest per sensus aquirit sibi species ab obiectis
sensibilibus necessarias ad suas cognitiones c. ans dependenter a sensibus tanquam ab
organo requisito concurrente ad intellecionem uel actiue, uel passiue, uel obiectiue n.
ans et consequens, anima enim sibi corpori unita se habet ad instar tabulæ rasæ (
saltem in sententia negantium species infusas, seu ingenitas a Deo) que nullo colore
inducta nullum adhuc representat obiectum, hinc nisi aliqua ipsi superueniat species
nequit determinari ad cognitionem obiectorum ast postquam aliquas species accepit depen-
denter a sensibus, et suas cognitiones elicuit, potest reflexe cognoscere suos actus
seipsam, pluraq; alia obiecta sub ratione ab omni sensibilitate remota, unde licet ad
primas cognitiones requiratur organum matale tanquam conditio, non tamen requiritur ad omnes
cognitiones.
Obijcies explicari nequit quomodo a cognitione sensibilium transeat ad cognitionem insensibilium
q. nullo repugnat, probatur ans si explicari potest maxime quia potest reflexe cognoscere
suos actus, se ipsam deinde per obiecta alia spiritualia, sed hoc ratio nullius est q. &
probatur mi. sibi anima necessario circa obiecta sensibilia ut q. anima sibi sentit solis ictus
rapidos, aut calefactivum ex qua sensatione destatur sibi cognitio talis obiecti prout
rapidi uel calefactivi, sed eo ipso quamuis reflexe cognoscat suos actus explicari nequit
quomodo transeat ad cognitionem insensibilium q. &. probatur mi. dum anima reflexe
cognoscit suas cognitiones, illas exprimit in ordine ad obiectum sensibile ut sub ratione
relatiui ad aliqd matale q. eius actus n̄ sunt independentes omnino a matª.
Sed contra: R. transeat ans et n. consequens inexplicabilitas enim transitus ab aliquibus cognitionibus
attingentibus obiecta immaterialia n̄ minuit eorum insensibilitatem, certum enim est
multoties aliqd existere, quamquam q. ratio eius origo, et modus, ut in re praesenti: lynces
unicuique constat ex intima experientia se plures actus habere, in quibus nulla materia

net mat. affectu attingitur: immo positive quisque cogitat et amat obiecta spiritualia:
quare nisi alia via reperiretur, propter recentioribus confugiendum esset ad species
animae ingenitas ab Autore naturae, hoc autem improbabile non videtur, maxime
si sermo sit de cognitione honesti et virtutum. Sed ut melius obiciendi
faciam satis alia via procedo, et ajo n°. ad cujus probationem data maj. n°.
mino, ad cujus probationem omissa maj. n°. mino, et ad aliam dist. ajo dum
anima reflexe cognoscit suos actus ex eo 1as cognitiones, illas exprimit in ordi-
- ne ad obiectum sensibile, sed ideo ut acquirat etiam notitiam rationis insensibilis
2°. ajo, ideo ut hanc non acquirat n°. ajo, et sub eadem distinctione n°. conseq.
Dum anima percipit obiectum ut ea calidum determinatur ab illa sensatione ad ob-
- iecti calefactivi cognitionem, hoc cognito si ad suam cognitionem reflectit (ecce
quomodo a sensibili ad insensibilium notitiam transit) in illa reflexa cognitio-
- ne seu 2a cognitione acquirit hanc veritatem: Ego cogito: In qua veritate
evidenter includitur ratio entis, nempe ego sum cogitans, ex quo deinde extrahere
potest rationem entis, eamque modo praecisivo considerare, sed ratio entis abstracta
nihil sensibile exprimit neque in recto, neque in obliquo, ergo potest anima mediis
propriis actibus transire ad cognitionem insensibilium: Acquisita autem entis notitia
ulterius pergit, cognoscitque experimentaliter se ipsam ut principium et subiectum
cognitionem attingentem rationem ipsius abstractam ex ea entis, boni, perfecti, hujus
cognitis potest ulterius progredi cognoscendo rationem obiectivam entis boni perfecti
ita depuratas ab omni a sensu attingibili non esse, nisi oculus non nisi lucidos
auris sonoros, quibus sapidus percipit, adeoque recte infert ergo dari in me potentias
virtutes sensitivas et cognoscitivas sensibilium, quae facultas imaginativae
subiiciuntur, alias vero cognoscitivas rationum, quae omnem sensum fugiunt atque transcendunt,
haec autem virtus esse nequit nisi praestantior omni materia omnique re materiali,
ergo esse debet spiritualis, et hoc modo ideam suam efformat ut spiritualis, 1° via causa-
- litatis quatenus cognoscit se causam dictorum actuum: 2° via remotionis, quatenus cognoscit
principium cognoscitivum insensibilium non esse materiam, vel quid materiale: 3° via excellentiae,
quatenus anima se ipsam jure anteponit omni rei materiali, cui non potest convenire
perfectio illa, quam in se deprehendit: se vero cognito, cognitisque ipsis entibus

quæ nec dentur sint, eidemque contingentia esse ideoque ab alio ad Dei cognitionem ascendit. Ex quo habes 1° ad 2um actus animæ indigere aliquo materiali tamquam principio obiectivo: 2° intellectiones et volitiones animæ circa insensibilia independentes esse in omni genere a materia, et 3° alias probationes in confirmationem assertionis stabilitæ in superiori A°

Articulus 4us

Utrum anima saltem in essendo dependeat a materia

Negative assero, et

Probatur: independentia operationum infert independentiam principii operantis in essendo iuxta commune adagium, nihil plus habet de operari, quam de esse, quod pluribus aliis confirmari facile potest, et essent: operari sequitur esse: unumquodque esse est propter suas operationes modus operandi sequitur modum essendi: ergo si operationes independentes sunt a materia, et stabilivimus, ut principium, scilicet anima.

Confirmatur: Principium subsistens intellectionum et volitionum habet in se rationem adæquatam principii activi, ac passivi respectu illarum operationum quæ non dependent a materia nec obiective, nec activæ nec passive, ut principium potens in se subsistere independenter a materia vel corpore, probatur consequentia quod operari potest naturaliter absque alio potest absque illo subsistere naturaliter ergo id quod non dependet in operando necessario a materia seu corpore est principium potens subsistere absque materia seu corpore sed talis est anima rationalis ergo etc.

Obiicies 1° quod est subsistens, potest dici hoc aliquid sed anima non potest dici hoc aliquid bene vero compositum ex anima, et corpore ergo anima non est aliquid subsistens independenter a materia

Respondeo distinguo maiorem, potest dici hoc aliquid, intellecto hoc aliquid pro quocumque subsistente concedo maiorem intellecto hoc aliquid pro subsistente completo in natura alicuius speciei subdistinguo et hoc necessario requiritur nego maiorem et sine hoc potest dici hoc aliquid [illegible] in natura alicuius speciei saltem completum in se concedo maiorem; sed anima non potest dici hoc aliquid completum in natura alicuius speciei bene vero compositum concedo minorem completum in se nego minorem, et consequentiam. duplicem [illegible] potest hoc aliquid: uno modo pro quocumque subsistente, alio modo pro subsistente completo in natura alicuius speciei, 1° modo [illegible]

inhaerentiam accidentis, et formae materialis. 2° excludit etiam imperfectionem partis. Unde manus dici potest hoc aliquid 1° modo, non 2°. Sic igitur cum anima sit pars speciei humanae potest dici hoc aliquid 1° modo subsistens, sed non 2° cum hoc proprium sit compositorum. Ast cum veritas haec multum lucis acquirat ab altero philosophico dubio hoc immediate expono, unde sit

Articulus Quintus

Utrum Anima sit immortalis.

Rationum momenta, quibus moti animae immortalitatem impugnaverunt homines, ni fallor profecto fuere, ut audeat quilibet, deliciisque deditus sine ratione quaestionis nebulo dicere posset

Sed vita tota mihi cum corpore nostra peribit
Nec poterit superesse meum post funera quicquam
Quis mihi Regnator Caeli, quis Conditor orbis?
Quis Deus, aut quae iam merito metuenda potestas?
Ibo per impuros fervente libidine luxus,
Infestabo thoros, sacrum calcabo pudorem.
Inficiabor habens aliquid sine teste propinqui
Depositum, viduas habitu spoliabo clientes.
Seu armatus iter, sed mersit crimine spretus
Aut si res patent sedes corrumpit auro, et huiusmodi quae quam vitae apertissime liquet, impia sunt, ac piarum aurium offensiva catholicae veritati etiam recedendo a philosophicis rationibus firmiter stabiliendam censeo, in primis itaque sit.

Monitum primum

Immortalitas triplex est essentialis, naturalis, et gratuita. Essentialis illis competit rebus quae nullum habentes principium, seu qualitatem intrinsecam tendentem ad corruptionem perpetuo durare exigunt, nullaque extrinseca repugnantia destrui possunt. Naturalis illis convenit quae nullam habentes qualitatem intrinsecam tendentem ad corruptionem perpetuo conservari exigunt naturaliter loquendo, licet per absolutam Dei potentiam

desinere possint. Gratuito vero illis, quae ex natura sua qualitates ad corruptionem habentes speciali Dei beneficio, ac decreto a corruptione praeservantur. 1° sibi Deo, 3° Adamo si in statu innocentiae perseverasset, 2° animae rationali et similibus, convenit.

Monitum Secundum

Alia sunt incorruptibilia per se, et per accidens, alia solum per se sed non per accidens. Iam 1° modo sunt incorruptibilia, quorum esse neque desinere potest ratione alicuius qualitatis intrinsecae, neque propter corruptionem subiecti, in quo sunt; ea vero 2° modo, quorum esse licet per se desinere nequeat desinit tamen ad sui subiecti corruptionem, in quo habent [illegible]. cuilibet formae convenire incorruptibilitatem, et merito, esse enim a se consequitur formam. hac enim distinctione, quod formis, quae in esse, per consequens et in operari dependent a materia competat tantum incorruptibilitas per se, sed non per accidens, istae enim quamvis per se exigant esse desinunt tamen esse per accidens ad corruptionem scilicet subiecti; et huiusmodi sunt omnes formae materiales, formis vero quae in esse, per consequens et in operari independent a materia competit incorruptibilitas tum per se tum per accidens, istae tamen et per se naturaliter exigunt semper esse, nec ab esse cessant cessante subiecto, in quo sunt, et huiusmodi esse formas spirituales contendimus et signanter animam rationalem, divini et fidei principiis, et validissimis rationibus tum moralibus tum naturalibus ne aglomeravimus omnia, et confuse affirmantes. NB

Sectio, et Assertio Prima

Animas rationales esse immortales intellige immortalitate naturali, de fide est tenendum. Probatur: illud est de fide tenendum, quod apertissime insinuatur a scripturis, diffinitive stabilitur in conciliis, et unanimiter defendunt SS. Patres, sed animas rationales esse immortales apertissime insinuatur a scripturis, diffinitive stabilitur in conciliis, et unanimiter defendunt SS. Patres, ergo animas rationales esse immortales est de fide tenendum. Probatur 1a pars minoris, et 1° ex veteri testamento, et 1° exodi 3: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Iacob quod testimonium adducens Christus contra Saduceos Matthaei 22° subiunxit, non est autem Deus mortuorum sed viventium, ergo tunc adhuc vivebant illi Patres, non ratione corporis; pulvis enim iam tunc in pulverem erat reversus, ergo ratione spiritus, qui iam multo antea redierat ad Deum, qui dedit illum. 2° ex illo psalm: 15

-non relinques inquit David ad Dominum, animam meam in inferno, ergo anima post separationem a corpore si a Deo relinquatur, superesse potest infernum ergo adhuc vivit. Item ex illo Ecclesiastes c. ultimo ibit homo in domum aeternitatis suae ergo homini post mortem superest domus aeterna, sed non corpori, hoc enim breui perit ergo anima quod egregie confirmat historia Machabeorum l. 2. c. 12 narrans Judam Machabeum facta collatione duodecim millia dragmas argenti misisse Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium bene, et religiose de resurrectione cogitans: nisi enim, inquit textus, eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis, sancta ergo consideratio et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur, ergo profecto non intereunt animae mortuorum cum corpore.

Probatur 2. eadem 2. pars ex novo testamento. In 2.10 Math: 10 dixit Christus: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Hocque textu ad animae immortalitatem probandam usus est Athanasius quaestionibus ad Antiochum Principem quaest. 3a. Praeterea Luce 23. dixit Christus Latroni, hodie mecum eris in paradiso, et hoc usus est Justinus Martir libro de q. gentium q. 76, adde 2a. ad Chorinthios 4. licet is qui ... est noster homo, corrumpatur, enim is, qui intus est renovatur de die in diem, et hunc locum adhibuit Claudianus l. 2. de statu animae c. 3. denique ut quamplura omittam, 1. ad Chorinthios 15. ergo inferebat Apostolus tamquam quid absurdum ... qui dormierunt in Christo perierunt, ergo si animus non potest occidi, si destructo corpore erit in Paradiso, si homo qui intus est quotidie renovatur si quum dormit, non perit, est immortalis.

Objicies, ex veteri testamento Genesis 37. inquit Ruben non interficiamus animam ejus ergo anima corruptibilis est. 2. Ecclesiastes 3.: Unus est interitus hominis et jumentorum, et aequa utriusque conditio: sicut moritur homo sic et illa moriuntur; similiter spirant omnia et nihil habet homo jumento amplius

Cuncta subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum: De terra facta sunt, et in terram pariter revertuntur. Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus iumentorum descendat deorsum. 3.º Job 14.º lignum habet spem, si praecisum fuerit, rursum virescit, et rami eius pullulant si senuerit in terra radix eius et in pulvere emortuus fuerit truncus illius ad odorem aquae germinabit: homo vero cum emortuus fuerit, et nudatus atque consumptus, quaeso ubi est? Quomodo si recedant aquae de mari, et fluvius vacuefactus arescat; sic homo cum dormierit, non resurget donec atteratur caelum non evigilabit, nec consurget de somno suo, ergo si unus est interitus hominis et iumentorum, nihilque homo habet amplius iumento, si homo emortuus nullatenus erit cumque dormierit non resurget mortalis profecto est anima illius. 4.º genesis 2.º dicitur Deum fecisse hominem ex limo terrae, sed anima est pars hominis sicut et corpus, immo est praecipua pars, ergo eius anima mortalis est sicut et corpus.

5.º ad 2.am Rubin pro interfectione animae Joseph nil aliud intelligere, quam eius mortem corporalem. Dicebant tamen caeteri: Venite occidamus eum. Rubens autem nitens eum liberare de manibus eorum, dicebat non interficiamus animam eius, idest nolite effundere sanguinem pueri, sed proiicite eum in cisternam hanc, ergo usque modo nil contra nos.

Ad 1.um: Ex sententia D. Gregorii L. 4.º Dialog: c. 4. quod etiam alibi notavimus ex D. Augustino Ecclesiasten non protulisse illa verba affirmando, et ex sensu proprio, sed aliorum nomine, illorum nimirum qui hoc tenebant errore, hique erant de genere illorum qui non intelligentes ut bene intelligit Cornelius a Lapide in suis commentariis, Deum hominis fidem probaturum illum quoad corpus similem fecisse bestiis, et ex alia parte belluarum more vivere cupientes ex ignorantia iudicantes et ore impio affirmare non dubitaverunt: Unus est hominis interitus et iumentorum, et aequa utriusque conditio, sed quid mirum quod talia sentiant ii, quos peccati malitia excaecavit. Atque modo exponendus est illud Sapientiae 2.º ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus, quasi non fuerimus. Ut me docet in eodem c. Auctor sic concludens haec cogitaverunt, [illegible] impii, et erraverunt

Ad 3um Iob in citatis verbis intelligere tantum animas separatas a corpore quamvis immortalis maneat, et aeterna, nec esse aliquam potentiam naturalem quae naturaliter corpori reuniri possit, illudque de novo vivificare, ac hominem constituere ut accidit in seminibus radicibus, quae, atque beneficio [illegible] humore emortuum fuerit, iterum pullulabunt, ego tamen non negare id fieri posse supernaturaliter, immo assero eundem Iob docere id mirum futurum esse in fine mundi, ut constat ex eodem c. 19. dicente: Scio quod redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circum-dabor pelle mea, idest spiritus meus de novo corpus suum ad terras effectus assumet, sed ut clarius procedat et citato textu veritatem demonstret, hic, inquit, indicavit, cum dixit, donec atteratur caelum non evigilabit: Huius humanae sententiae sensus ut ait D. Gregorius: Usque dum veniat consummatio saeculi, quando caeli atterentur, id est pereunt, idest transibunt immutabuntur, et innovabuntur ad statum alterum quod erit in saeculi consummatione, non expergiscetur homo a morte ad vitam, nec de somno mortis quo quasi interim dormit in pulvere, resurget ad vitam, tunc vero sonitus dante tuba illa horribili, de qua Ap. Matth. 20, 19, et 1. Corinthios 15. ex Dei virtute resurgent corporibus suis induendi recipientes animas proprias, pro operibus, quae in vita gesserunt sive bonis sive malis.

Ad 4um cum D. Augustino lib. 13. de civitate Dei c. 24. dicendum non dici Deum fuisse hominem ex limo terrae nisi corpus eius, non animam nisi [illegible], et admissa [illegible] non corporis- [illegible]: Homo constat ex anima et corpore, quod si homo factus est de limo utroque [illegible] factus est; nec tamen est ex limo dicitur. Talis homo defunctus nunc regnat in caelis vel torquetur in inferis licet sola anima sit in caelis aut in inferis, et bene [illegible] talis homo defunctus sepultus est in hoc vel illo loco quod [illegible] non est ne bene dicitur homo factus ex limo licet solum corpus taliter sit factum; Addo morem

usi scripturam etiam solum corpus, et solam animam hominem appellare, uti constat ex illo 2.º ad Corinthios 4.º, licet is, qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est renovatur de die in diem. Quod tamen de exteriori homine intelligendum, nisi corpus, et per interiorem vero animam. Solutis objectionibus usque istam unam superest ex novo desumptam ex 1.ª D. Pauli ad Timotheum 6.º ubi de Deo dicitur: Rex Regum, et Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, etc.

R.º dicendo solus Deus habet immortalitatem essentialem c.º naturalem n.º, vel solus Deus habet immortalitatem ex se [illegible] 2.º radix illius iuxta illud Christi Domini: Nemo bonus nisi solus Deus, et hanc necessariam independentem nullius agentis extrinseci [illegible] c.º immortalitatem congruentem ad naturam taliter constitutam n.º. Dicimus enim ex 1.º Sapientiae c.º 2.º quod Deus fecit hominem inexterminabilem ad imaginem similitudinis suae fecit illum. Illam autem inexterminabilitatem intelligit ratione animae, quae sola est ad imaginem Dei.

Probatur nunc 2.ª pars 2.ª maioris 2.º ex Concilio Lateranensi ultimo sub Leone X.º in quo sessione 8.ª legimus: Damnamus, et reprobamus sacro approbante Concilio omnes asserentes animam intellectivam esse mortalem. Atque subditur hoc manifeste constare ex evangelio, ubi Dominus dicat Matthaei X.º: Animam autem non possunt occidere: et c.º X6.º qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam. 2.º definita etiam fuit haec veritas in Concilio Viennensi sub Clemente 5.º et refertur in ~~[illegible]~~ Clementina 1.ª de summa Trinitate, et fide Catholica ~~[illegible]~~ [illegible] porro

Objicies in Concilio Constantinopolitano 6.º actione 11. definitur per immutabilitatem intellectuales naturas habent naturam immortalem, sed per gratiam a morte liberantur. [illegible]

R.º dist. antecedens definitur et per gratiam naturalem, et naturae congruentem c.º per gratiam supernaturalem n.º ant., et consequens. Quum dicitur in illa epistola Sophronii quod anima non per naturam, sed per gratiam est immortalis, intelligitur de gratia non supernaturali, sed virtute ea, quae ex vi creationis nobis conveniunt, dicuntur beneficia Dei, ut quod vivimus donum Dei est. Nam cum solus Deus habeat esse independens, poterit omnia in nihilum vertere omnia creata dicuntur esse et durare per gratiam eius, ut constat ex quadam epistola missa ad Innocentium, quae habetur tomo 1.º Conciliorum ante acta concilii Milevitani

Probatur 3.ª pars eiusdem 2.ª maioris D. Ambrosius L.º de bono mortis c.º 9., et X.º D. Chrysostomus

omilia 4.a de providentia, et fato. D. Isidorus l.o 2.o de summo bono c.o 12.o et ut alios plurimos magni nominis S. Patres ommittam, D. Augustinus super Joannem tractatu 23.o, et 47.o animae immortalitatem tanquam de fide tenendam affirmant, atque clarè adeo constare affirmant, ut idem Augustinus in epistola 3.a ad Volusianum in haec erumpit verba: Quis nunc est extremus idiota, vel quae abiecta mulierculae quae non credat animae immortalitatem? Quamvis ergo nostri asserant haec sicuti plurimi sapientissimi aequè ac fidei, non solùm habenda esse tanquam de fide sed computanda inter fidei Articulos praecipuè cum seclusâ animae immortalitate credere nequeamus duos ultimos simboli Articulos, idest carnis resurrectionem et vitam aeternam. Quia animae immortalitas à S. Patribus unanimiter defenditur, quod cum sit à S. Patribus unanimiter deffendit. deffinitivè stabilitur in Concilijs, et apertissimè insinuatur in scripturis sacris, sit de fide tenenda animae immortalitas, de fide habenda est, usque modo fides rationes nunc consulamus et ne de nobis moralis conjecturae haec in ordine vitae 2.a

Sectio, et Assertio 2.a

Animam rationalem esse immortalem evidentibus moralibus rationibus demonstrari potest. Probatur 1.o cum D. Grisostomo sermone 4.o de providentia. Si de nobis nihil erit post hanc vitam, ergo neque Deus erit. Et consequentiam ut optimus dialecticus ex oppositio consequentis ad oppositum antecedentis sic probat: Si Deus est iustus est, sed si iustus est iuxta merita unicuique distribuit, ergo si Deus est iuxta merita unicuique distribuit, sed si nihil erit post hanc vitam iuxta merita unicuique non distribuet, ergo si nihil erit post hanc vitam, neque Deus erit. Quia vero posset aliquis dicere Deum in hac vitâ iuxta merita unicuique distribuere excogitat probationem minoris subsumptae multi in hac vita bene habent, et in honore habentur licet mali, alij autem, variè affliguntur, licet iustè vivant ergo si post hanc nihil erit, evanit sine praemio iusti iniurijs affecti, et iniusti sine paena felicitate potiti sed hoc profectò non esset unicuique iuxta merita distribuere ergo si post hanc nihil erit Deus iuxta merita unicuique non distribuet unde Deus neque iustus erit, immo absolutè non erit, Atque ita, quae remunerationis appellatur, animae immortalitatem probavit etiam Socrates teste Ciceronis apud Platonem de animâ in hunc modum: Si anima mortalis est maximum ex hoc lucrum reportarent improbi summumque

damnum probi, q.o probatur. siquidem antea improbi et a corpore et ab eorum [illegible] liberantur per mortem, probi autem preclarissimo uirtutum ornamento denudarentur. Sed hoc esset summum damnum relate ad probos, et maximum lucrum relate ad improbos, ergo si anima mortalis est summum in hoc lucrum improbi, summum damnum probi reportarent, hoc autem [illegible] [illegible] uero, [illegible] ergo et id unde sequitur.

Dico adducta usque nunc peccant falso supposito, ergo probatur. [illegible] supponunt esse in hac uita sufficiens premium bonis, et sufficiens supplicium impijs, sed hoc est falsum ergo probatur mi. gaudium bone conscientie est sufficiens premium bone, et animi inquietitudo sufficiens supplicium impijs ergo. Probatur 2° idem [illegible] contra [illegible]: ea que sunt humane nature conqua neque lucrum neque damnum inferunt, sed humane nature ex intrinseca ratione proprie mortalitatis conuenit, immo necesse est, homines licet impius a corpore eiusque prauitate liberari, et probus ornamento uirtutum spoliari, ergo.

Sed contra maiorem argumenti et eius probationem [illegible] ad eius probationem [illegible] quoad ultimam partem. Premium enim est ab alio largiendum, sicut pena ab altero infligenda, gaudium enim bone conscientie est proprietas naturaliter consequens honestatem, non uero fit a supremo remuneratore collatum, ubi animi inquietitudo est quedam peccati [illegible] rigorose loquendo inquietitudo namque sequitur ad peccatum [illegible]. Et de facto intima nostra [illegible] nos interius continuo mouet reddendam nobis esse rationem supremo domino, ut ab eo aliud premium uel penam pro merito reportemus. Ad 2um argumenti antea probationem [illegible] [illegible] locum in tali opinione [illegible] habere, quod admisso Deo prouido impossibile est, ut nature a Deo huiusmodi euentu [illegible] actus uirtutis eroice, uitam uideremus et essent, quod sic ostendo: Virtus est dispositio perfecta ad optimum, adeoque ad melius esse, sed si post hanc nullo supereret anime uita, actus [illegible] heroice fortitudinis, quo quis uitam presentem exponit pro bono proximi, pro iustitia, pro religione, aut alia uera uirtute, non esset dispositio perfecta ad optimum, ergo huiusmodi actus uirtutis heroice uiderem et essent [illegible]: Probatur mi. actus talis fortitudinis priuaret bono uite presentis, que foret unica beatitudo, [illegible] redderet hominem ad aliud adeoque disponeret ad pessimum quod ultimum esset, at qui hoc est inter mores regulas impossibiles ergo et anime mortalitas.

Probatur 2° inter duo iudicia invicem comparata illud est evidentius verum quod est fundamentum firmum totius onestatis illudque evidentissime falsum quod est omnium flagitiorum aptissima origo, sed si comparentur hæc duo iudicia: anima est immortalis, anima non est immortalis 1um est fundamentum totius onestatis, 2um omnium flagitiorum origo, ergo primum evidentissimum verum, 2um est evidentissime falsum: demonstro minorem: Hoc iudicium anima est immortalis: certum reddit hominem de summo æterno supplicio si male, et de summa æterna pace si bene vixerit: Hoc alterum anima non est immortalis, dat homini locum, ut dicat, quod ejusque operetur: Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, relinquamus ubique signa lætitiæ, quoniam hæc est sors nostra; ut verbis utar Sapientis: 2°, quia 1um iudicium omnis onestatis fundamentum est, 2um omnis flagitii origo, ergo 1um evidentissime verum 2um falsum. Animam ut sciunt Philosophi non loquimur, modo de naturali philosophi peritus dicimus, sit

Sectio 1a Assertio 3a

Animam rationalem immortalem esse efficacibus rationibus naturalibus ostendi potest

Probatur 1° illud est immortale quod incorruptibile est tum per se, tum per accidens, sed anima rationalis incorruptibilis est tum per se, tum per accidens, ergo probatur minor et 1°, quo ad 1um partem illud est per se incorruptibile cui secundum se convenit esse sed animæ rationali secundum se convenit esse, ergo est per se incorruptibilis: Ostendo minorem, omni formæ subjecto quæ actu convenit esse secundum se, motus enim [illegible] hoc equivalet esse in actu, quod equivalet formam 2um hoc autem facit in eam corruptio, quod forma ab eo separatur, impossibile est autem quod forma separetur a se ipsa, per consequens impossibile est etiam, quod forma per se desinat esse; sed anima rationalis est forma, utpote actus corporis, ergo illi secundum se convenit esse

Probatur 2° eadem 1a pars 1æ minoris: illud est per se incorruptibile, quod non constat ex materia, sed nulla anima est materia, nullaque fit composita ex materia, et forma, ut stabilitum fuit quæstione 1a de anima in genere articulo 1° in assertionibus 2a et 3a sectionis, ergo nulla anima est per se corruptibilis, et a fortiori rationalis,

1.° quia omni materia, omniq. re materiali praestantior est anima, ergo. 2.° probatur q.tur: R.° anima rationalis est substantia intellectualis, sed omnis substantia intellectualis est incorruptibilis per se, ergo anima rationalis est per se incorruptibilis, maior constat experientia, minor demonstratur. Omnis substantia intellectualis constat tantum ex essentia, et existentia; sed quod constat tantum ex essentia et existentia est per se incorruptibile, ergo. Probatur et declaratur minor ex principiis physicis: Res per corruptionem recedit in nihilum, consequenter non corruptio esset, sed annihilatio, ergo necesse est quod unum destruatur, alterum maneat, at quia de substantiis constantibus ex essentia tantum, et existentia non potest unum destrui et alterum manere, cum realiter essentia et existentia non realiter distinguantur, ergo de substantiis intellectualibus nequit fieri aliqua corruptio. Deinde etiam dato, quod tamen a nostris longe distat, animam rationalem compositam esse ex materia et forma, adhuc esset per se, et ex natura sua incorruptibilis; illud enim est per se incorruptibile, in quo non inveniuntur contrarietates, generationes enim et corruptiones ex contrariis, et in contraria sunt, quamobrem ut notat D. Thomas 1.a p.te q. 75. a. 6. corpora caelestia quia non habent materiam contrarietati subiectam incorruptibilia sunt, sed in anima intellectiva nulla esse potest contrarietas, quae enim recipit, sunt [illegible] modum sui esse, immo et ipsae rationes contrariorum in intellectu non sunt contrariae, sed est una scientia contrariorum, ergo anima est per se incorruptibilis.

Probatur modo 2.a pars 1.ae min.: Illud est per accidens incorruptibile quod non desinit ad sui subiecti corruptionem, sed anima non desinit ad subiecti sui, scilicet corporis corruptionem, ergo. Probatur mi.: illa forma non desinit ad sui subiecti corruptionem quae in esse, et in operari est ab illo independens, et in se subsistens, talis autem est anima, ut ostendimus in articulis antecedentibus A.i sub numero 3.o, et 4.o, ergo.

Probatur 2.o a posteriori. Anima rationalis demonstrata fuit esse immortalis, et quidem naturalibus rationibus, quae omnes essentiales merito censentur habitae sunt, ab antiquis Ethnicis Philosophis, ergo est talis; probatur atque ab enumeratione

Plato in Phaedro (qui inscribitur de pulcro) ut Cato introducitur a Cicerone in lib. de senectute animae immortalitatem ex eo demonstravit, quod a se motus anima se ipsam moveat. Quod enim se ipsum movet, se deserere non potest, ergo numquam desinit moveri, proindeque est immortalis.

Archelaus uiâ beatitudinis arguit sic: Quia scilicet animarum nostrarum capax est beatitudinis, quae alibi est reservanda, cum profecto hic dari nequeat in mari hoc continuo fluctuanti.

Orpheus uiâ virtutis, quia si anima esset mortalis, ad quid fortiter se gereret.

Speusippus uiâ remunerationis, quandoquidem nullum bonum irremuneratum relinquit, nullumque malum impunitum.

Apuleius uiâ vindictae, quoniam naturale est hominibus appetere vindictam de iniuriis, et naturalis appetitus frustrari nequit, oportet ergo ut debeant ei poenis [illegible] quas multoties in hac vita non sentiunt.

Porphyrius tandem uiâ apparitionis, apparent enim inquit multoties animae defunctorum aliquibus aliter, sed huiusmodi rationes magis mediatae omnes sunt efficaces, ergo immortalis demonstrata fuit anima quae talis est asserenda.

Obijcies 1o forma, quae ad sui existentiam determinatas dispositiones requirit est corruptibilis, sed huiusmodi est anima rationalis, haec enim non creatur statim post generationem foetus, sed foetu iam aliqualiter efformato, ergo.

R. dist. mai. quae absolute et ad absolutam sui existentiam requirit, conc. mai. quae ad sui existentiam operativam, nego mai. et dist. min. anima requirit determinatas dispositiones ut sit operativa, conc. min., ut absolute sit, quasi quae necante, nec dispositionibus cessantibus existere possit, nego min. et ad probationem dico, Deum ideo animam creare aliqualiter foetu iam a matre efformato quia cum Deus animam ad corpus ordinet ut organum, et principium operationum et anima requirat informare materiam nisi aptam, nec operari nisi in subiecto disposito ideo conveniens fuit, ut expectet Deus aliqualem foetus efformationem non vero ex indigentia animae in se spectatae.

Obijcies 2o quod convenit alicui ratione sui, eius oppositum nec per se, nec per accidens potest ei convenire, sed formae substantiali, qualis est anima rationalis, ratione sui convenit esse in materia, ergo eius oppositum non potest ei convenire, scilicet esse extra materiam.

R. dist. mai. quod convenit alicui ratione sui et essentialiter conc. mai., quod convenit alicui sed non essentialiter nego mai. et sic distincta min. nego consequentiam.

Obijcies 3o si anima rationalis esset immortalis et aeterna eius essentia esset infinita consequens est falsum, ergo et antecedens: probatur sequela, sicuti se habet virtus mundi

ad motum, ideo nullum essendi ad esse, sed ex perpetuitate motus arguit Philosophus 4.o Physicorum et 12.o metaphysicorum infinitatem virtutis in 1.o motore, ergo ex perpetui-tate essendi infinitas virtutis argui debet, ergo.

R. n.o ma., ad probationem dico, quod esse comparatur ad formam sicut per se consequens, non vero sicut effectus ad virtutem agentis ut patet motus ad virtutem motoris, licet ergo quodamodo possit mensurari tempore infinito demonstrat infinitatem virtutis in movente, non tamen non admitto quod aliquid possit esse tempore infinito non dem-onstrat infinitatem formæ.

Objicies 4.o diversum contra probationem: Probatio supponit aliquid duplicitur corrumpi posse per accidens nimirum, et per se, sed hoc est falsum, ergo. probo minorem, frigiditas enim desinit esse non per se, siquidem est accidens, neque per accidens, nempe ad corruptionem subiecti, quod multoties manet, idem dicendum de calore, ergo.

R. c.a mai. n.o min., ad cuius probationem dico frigiditatem, calorem et corrumpi per accidens, scilicet ex defectu causæ conservativæ, propterea adverto duplicitur aliquid corrumpi posse per accidens, idest vel propter corruptionem subiecti vel ex deffectu causæ conservativæ, porro locutos fuisse solum de corruptione subiecti, cum nullum sit dubium de efficacia causæ conservativæ animæ, cum hæc sit Deus.

Objicies 5.o materia 1.a est pura potentia, et tamen est incorruptibilis, tum per se, tum per accidens, ergo frustra asseritur anima incorruptibilis ex eo quod sit actus, frustra dicitur actum R.um se compotare esse, ergo et hæc consequens nota

R. distinguo ant. materia est incorruptibilis ex defectu perfectionis c.o ant., ex perfectione n.o ant. et consequens. Triplicitur aliquid dicitur incorruptibile, nimirum vel quia materiam non habet ut Angelus, vel quia non subiacet contrariis qualitatibus ut Cæli, vel quia est pura potentia non habens actum, ut materia 1.a: 1.us et 2.us modus perfectionem sonat, 3.us imperfectionis, quod enim est hoc 3.o modo incorruptibile incorruptibilitatem esse obtinet, quia nullum habet actum, quem possit amittere. Nos loquimur semper de incorrupti-bilitate ex perfectione, et ideo citatam adducimus rationem

Objicies ultimo, et quidem multum cum Lucretio. 1.o organo laeso anima non operatur. 2.o anima capitur deliquio per somnum, amentiam, et morbos. 3.o patitur affectiones, et passiones corpo-ris. 4.o in hominis morte se se compatitur, excedens paulatim ab externis corporis partibus

qui aliquis moriuntur. Respondeo: abit ex ore morientis ut mollis nec quia mortalis est adeoque mortalis

Respondeo ad 1um anima non operatur ex defectu conditionis concedo, ex defectu virtutis nego. Ad 2um dico eodem modo capitur deliquio hoc est impeditur ex morbo corporis tanquam ex defectu conditionis, ex defectu potentiae nego. Ad 3um dico patitur affectiones idest ex affectionibus corporis determinatur ad sentiendum concedo patitur affectiones hoc est illas in se recipit ut corpus nego. Ad 4um nec praesumptas extremis morientis partes illius frigescunt non ex eo quod anima se contrahat quod est impossibile, sed quia deficiente cordis vigore non possunt spiritus vitales sensimque vitalis calor extinguitur, cuius rei causa oritur ille torpedo. Ad 5um dico, hoc merito conjectari et narrari posse eius coevis multi vulgaribus fabulis, non tamen mihi, sed illis.

Articulus 6us

Utrum anima rationalis educatur de potentia materiae

Non est

Probatur: illae formae non educuntur de potentia materiae, hoc est dependenter a subiecto praesupposito tanquam causa materiali quae naturaliter ad esse et operare subiecto sustentante non indigent, haec enim exigentia naturalis est [illegible] ratio [illegible] dependenter a materia dicuntur potius formae materiales, sed anima rationalis non indiget subiecto sustentante ad esse, et operari immo utpote spiritualis tum in essendo tum in operando independens est omnino a materia omnique re materiali praesupposita, ergo anima rationalis non educitur de potentia materiae. Conclusio est evidens, nam enim est communis Doctorum sententia, mi ex antea dictis constet, contra tenent nihilo tamen minus

Obiicies anima recipitur naturaliter in corpore organizato, ergo naturaliter educi potest, probatur consequentia potentiae eductivae correspondet potentia receptiva, sed in materia datur potentia receptiva animae, datur etiam potentia eiusdem eductiva.

Respondeo concedo antecedens nego consequentiam, ad probationem distinguo antecedens potentiae passivae correspondet eductio vel solius unionis, vel etiam formae omnino, etiam formae universaliter loquendo nego antecedens, et consequentiam: satis est quod in materia detur potentia eductiva unionis neque virtus.

mortalis, inducendi animam in corpore. Ratio est, quia cum ens sit essentialiter efficax subiecto proportionato, sit penes dependentes a corpore, tanquam a causa materiali, sicuro cum anima sit forma, quae naturaliter per se subsistit, non potest naturaliter pendere a subiecto tanquam a propria causa. Nihil superius ab inferiori educi posse, ut per se liquet, anima autem est corpori superior, ergo etc.

Articulus 7.us

Utrum anima rationalis sit educta de potentia materiae saltem generata a Parentibus

Negative dicendum de hoc asserendum est.

Probatur omne quod est generabile secundum veram philosophiam est etiam corruptibile, sed anima rationalis, quae immortalis est, generari nequit a parentibus. Probatur quod est generabile est compositum phisicum, sed omne phisicum compositum est corruptibile, ergo quod est generabile est corruptibile sed cum hoc per se patet, ab ulterioribus probationibus recedo, ut cito actibus electionibus det locum.

Obijcies itaque 1.o inter omnes formas corporeas perficientes anima rationalis est perfectissima, ergo operatio animae imperfectionis ipsi non est deneganda, sed animae irrationabiles virtutem habent generandi sibi simile, ergo a fortiori rationalis;

R.o concesso ante, nego consequentiam, non enim necesse est omnem operationem multae imperfectionis convenire perfectiori, licet enim Angelus perfectior est quocumque animali corporali, attamen ipsi non competit operatio sensitiva, aut vegetativa.

Instabis homo generans habet similia principia et sufficientia animae rationali producendae, ergo et animam generat, Probatur ante habet animam rationalem, quae est eiusdem speciei; Probatur conseq. ideo equus generat equum, et ignis ignem producere attingunt productionem formae equi, et ignis, quia habent principia similia, eiusdemque speciei, ergo etc.

Sed contra admissa 1.a parte ante, nego 2.am, et conseq. Ad probationem dico, quod non solum per hoc equus equum, ignis ignem producunt quia habent principia similia, sed quia tales formae sunt ex natura sua generabiles, ex potentia materiae at anima rationalis non habet principium sufficiens eam formam producendi, quia spiritualis est, ac consequenter simplex et ingenerabilis

Obijcies 2.o genesis 46: Omnes sunt animae, inquit Moijses, quae ingressae sunt Egiptum, et egressae sunt de femore Jacob, ergo revera per generationem a parentibus producuntur animae

R.º cum D. Thomae q. 114.ª art. 2.º illa verba accepta esse in figura synecdochen, sumpta nimirum p.te pro toto, cui choncret D. Greg. L.º 8 moralium c. q. et alibi etiam, et D. August. epis. 171.ª ad optatum; unde sumit animam pro hominibus, et hoc fundat etiam super illud genesis 14 ubi nostra vulgata legit de Rege Sodomorum loquenti ad Abraham: Da mihi animas caetera tolle tibi; Septuaginta legerunt, da mihi homines

Articulus 4.us

Qua actione habeat anima rationalis et a quo.

Duplici tantum actione res produci posse cum Theologis nemine reluctante docent Philosophi actione nimirum eductionis, et creationis, unde si anima rationalis ut educitur ex aliquo non immerito

Assero 1.º animam rationalem actione creationis produci.

Probatur: illud actione creationis producitur, quod fit ex nihilo sui, et subiecti, sed hoc parte habet anima rationalis, ergo probatur minor quo ad 1.am p.tem; Anima rationalis principium generis in suo esse completo, et perfecto nil omnino habebat de suo, ergo debet fit ex nihilo sui fit: Probatur quo ad 2.am Unumquodque tale esse indiget esse, qualiter illud habet in decursu sui esse, sed in decursu sui esse subiecto non indiget, ut pluribus in ostendimus, ergo neque illo indiget dum incipit esse

Assero 2.º animam rationalem, quae actione creationis habet, a solo Deo produci.

Probatur 1.º virtus creativa, ut summo consensu docent philosophi omnes, Theologi et SS. Patres, de facto soli Deo competit, et probabilius nulli alii etiam de possibili convenire potest, ergo anima rationalis, quae actione creationis habetur, a solo Deo producitur, quae est innegabilis, illatio tenet

Probatur 2.º authoritate 1.º ex illo Ecclesiastici 12.º, alibi citato: Revertatur pulvis ad terram, unde erat, et spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. 2.º L.º 2.º Machabeorum: neque enim ego spiritum et animam donavi vobis inquit nunquam satis laudata mater septem filiorum hebraeorum martirum propter leges patrias, sed mundi creator. 3.º Zachariae 12.º qui finxit spiritum hominis in ipso et alia alibi, ergo si Deus animam dedit, donavit, finxit haec a solo Deo habetur. Confirmatur.

Leo 10.us in quadam sua epistola dixerit daemones neque a solo Deo posse beatos produci. Et D. Thomas 2. contra gentes q. 3. de potentia a. 1. ait: secundus esse errores damnatos, nisi 2 in quo habetur errores esse manifestos animas naturales ab Angelis produci ut opinati sunt Avicenna, et Seleucus.

Articulus 3.us

An potentiae animae ab anima distinguantur et inter se

Antiquus noster quaeritur sensus de hac re, sit

Monitus 1.us

Potentiae animae in duplici sunt differentia, siquidem aliae organicae dicuntur, inorganicae aliae. Organicae illae sunt, quae ad suos actus exercendos indigent organo corporeo immediate illis concurrente, quales sunt potentiae visiva, auditiva, caeterique sensus hominis. Inorganicae dicuntur eae, quae operationes suas elicere valent, absque immediato organi corporei concursu, et huiusmodi sunt intellectus, memoria, et voluntas operationes, quarum neque in fieri, neque in conservari per se pendent ab ullo organo corporeo.

Monitus 2.us

Potentiae organicae animae possunt adequate et inadequate, adequate sumptae important perfectionem animae, et organizationis, inadequate solum perfectionem animae. Hoc 1.o perfectionem organizationis ab anima et inter se distingui per se certissimum est, unde dubium unice potest, an ab anima, et inter se distinguantur 2.us quae important de facultate residente in anima. Hoc posito licet D. Thomas 1. p. q. 77. art. 1., et cum ipso plurimi alii docuerint, potentias omnes realiter ab anima, et inter se distingui, et Scotistae cum suo Magistro in 2.us distinctione 16. q. unica distingui formaliter ex natura rei contendunt, sed constanter nos cum D. Gregorio in 2.us distinctione 16. q. 2. et 3., Gabrieli, Marsilio, Ockamo, Buridano, aliisque pluribus

Assero: Animae potentiae tum organicae, tum inorganicae, realiter cum anima et inter se identificantur. Hic tamen non nego animae potentias formaliter per intellectum in ordine ad diversa connotata distingui tum inter se cum ab anima, eo pacto, quo inter se distinguuntur gradus metaphysici eiusdem individui, ut docui in Ontologia

Probatur 1.a assertionis pars anima 2.us se est sufficiens absque auxilio minus cumque distinctae potentiae ad eliciendos actus suos vitales, ergo potentiae per quas operatur [illegible]

ab ipsa distinctis; Ant. prob. 1° causa sufficiens sola ad producendum effectum est illa, quae continet in se adaequatam rationem effectus, ita ut nulla sit assignabilis formalitas effectus, cui vel similis, vel aequivalens non reperiatur in causa, et aliunde nullum datur fundamentum cur requiratur aliud comprincipium, sed nulla est assignabilis formalitas in actibus vitalibus, cui similis, vel aequivalens non reperiatur in anima, habitis speciebus, nullumque datur fundamentum asserendi requiri aliud comprincipium, ergo anima est causa per se sufficiens ad eliciendos actus suos
5 vitales. Illa exceptionem non patitur, probatur idem mi: praedicatum vitalitatis reperitur in anima, pariter reperitur in anima praedicatum talis operationis vitalis, puta talis vitalis operationis, in speciebus impressis, emanentibus ab obiecto, ex determinatis ad repraesentationem talis obiecti ergo non est assignabilis formalitas in effectu dicto in actu vitali quae non reperiatur in anima, et ex alia parte ut ex resolutione obiectionum constabit nullum est assignabile fundamentum asserendi requiri aliud comprincipium. 2° probatur idem 2dum Ant., anima rationalis se vel ipsis Thomistis docentibus, absque aliis instrumentis est sufficiens, ut ab ipsa emanent eius potentiae, ergo rationalis se absque aliis instrumentis, est sufficiens ad producendum actum procedentem a talibus potentiis: Prob. cons. ideo anima est sufficiens ad productionem talium potentiarum, quia ipsarum perfectionem continet, sed multo magis continet perfectionem actuum, qui a talibus sunt perfectiores potentiis ergo etiam rationalis absque aliis instrumentis est sufficiens ad productionem actuum procedentium a talibus potentiis, ergo.

Arguitur 2° anima iuxta Aristotelem 2° de anima textu 24° est id quo vivimus, sentimus, movemur, et intelligimus ergo animae potentiae, per quas vivimus, sentimus, movemur et intelligimus non sunt ab anima distinctae.

Dicitur anima esse id, quo radicaliter vivimus, sentimus, movemur, et intelligimus eo modo, quo verbi gratia ignis est id, quo radicaliter calefit, sed non id quo tanquam principio immediato, et proximo vivimus, hoc enim principium sunt potentiae, et quia id quo radicaliter vivimus est realiter distinctum ab eo, quo tanquam principio immediato vivimus, ergo anima a suis potentiis, et istae ab illa sunt realiter distinctae.

Sed contra non magis; unde maneat hoc asserendi fundamentum deducitur. 2° Praeterea animas esse principium radicale vitae, sensationis, motus, et intellectionis quod dicat

aliquas activitates in anima respectu actus immediate attinentes ad eius operationes efficientes; vel aliter: Si prius, ergo anima est principium proximum, et immediatum suarum operationum, sed non mere radicale: Si 2us. ergo ex attentione unius potentiae ad suas operationes, nec impediretur ad alias operationes producendas ab alia potentia, nec debilitaretur, sed utrumque quotidiana experientia videmus contingit, ergo anima est immediatum, et proximum principium suarum operationum vi eius potentiae, et ipsae adsunt asserendae distinctae.

Confirmatur dicta auctoritate, 1o. Aug. Lo. unico de spiritu, et anima c. 13o.: Anima est spiritus intellectualis, rationalis, semper vivens, semper in motu, bonae, malaeque voluntatis capax, secundum benignitatem Creatoris, alii 2us. sui operis officium variis nuncupatur nominibus. Dicitur namque anima dum vegetat, spiritus dum contemplatur, sensus dum sentit, animus dum sapit, dum intelligit mens, dum discernit ratio, dum recordatur memoria, dum vult voluntas. Ista tamen non differunt in substantia, quemadmodum in nominibus, quoniam ista omnia una anima est, quid clarius, sed quoniam liber hic ab aliquibus est Aug. sed Oxeno Victorino tribuitur. adduco alterum, quem Aug. esse sine controversia admittitur, et lib. de spiritu, et littera. habet siquidem naturalia (intellige potentias) ex ipsa anima. Potentiae et vires eius idem sunt quod ipsa, habet accidentalia (intellige suos actus) et ipsam non sunt, quod vis eius est sua prudentia, sua temperantia. 2o. Divi Bernardi sermone 11. in Cantica: In anima trina intueor, rationem, memoriam, et voluntatem, et haec tria eandem esse animam. 3o. S. Isidori Hispalensis, Lo. 11o. Etimologiarum, ubi sic ait: Anima dum vivificat corpus anima est, dum vult voluntas, dum intelligit mens, dum recolit memoria, dum aliquid sentit sensus.

Conf. 2o. ratione morali simul et physica: Nisi potentiae non essent ab ipsa distinctae, si anima immediate concurrit ad suas operationes vi ipsius determinatur ad illas. sed ita est ergo. Prob. mi., nisi anima immediate concurreret ad suas operationes non posset esse digna praemio si bene, nec poena si male operetur. ergo et. Prob. ant. Actio illa meritoria, vel demeritoria primo, et per se realiter dicta, quae non posset nec physice, nec moraliter imputari ipsi. Probatur conseq., actio non posset imputari illi potentiae quae nec physice nec moraliter concurrit ad actiones. sed in casu nostro anima nullo pacto concurreret ad actiones meritorias, vel demeritorias, ergo illas actio animae nullo pacto imputaretur; Prob. mi. quoad 1am. p. siquidem physice dicit physicus concursus vel concurrere ut causa est aliquas.

sit causa moralis effectus debet mutare, aliquid phisice diversum ab effectu, propter quius possit prudenter imputari illi talis effectus vel saltim debet ommittere aliquid, quod posset facere, et faciendo mutaret; sed anima neque quidquam poneret phisicum, neque aliquid ommitteret, ratione cuius posset imputari illi patientia, ergo non esset causa moralis.

Obijcies 2.o ad idem genus referuntur potentia et actus, et ideo si actus non est in genere substantiae, potentia quae dicitur ad illum actum, non potest esse in genere substantiae, operatio autem animae non est in genere substantiae ergo neque eius potentiae, sed subsumo, anima est in genere substantiae, ergo est distincta a suis potentiis.

Respondeo distinguo ergo potentia divina productiva mundi, quae est ipsamet Dei essentia est limitata, temporanea et multis modis imperfecta, ergo anima substantialis non est in genere substantiae. Probatur 2.o illatio: Ad idem genus referuntur potentia et actus sed actus divinae potentiae est in genere rei limitatae, temporaneae, et multis modis imperfectae, ergo et eius potentia, quae est ipsamet Dei essentia. Probatur 2.o Ad idem genus referuntur potentia et actus sed animae potentiae, quae iuxta Thomistis docentibus ab anima tamquam a sua causa productiva fluunt consequenter sunt actus animae non sunt in genere substantiae, ergo neque ipsa anima. Respondeo negando maiorem propositionis siquidem, quae attenditur inter potentiam et actus eius propositio non est in genere entitatis, sed vero in genere activitatis, quae consideratur in hoc, ut nulla formalitas detur in effectu, quae non reperiatur in causa, vel effectus vere contineatur in virtute activa causae, et propterea Deus nullam haberet activitatem ad extra, nullam substantiam posset neque divinitus unideus producere

Obijcies 3.o Anima quae sua est actus ergo si ipsa immediate esset immediatum operationis principium semper haberet operationem actu haberet operationem, sicuti semper habet animam actu est vivus. Respondeo Anima in quantum ut forma non est actus ordinatus ad ulteriorem actum, sed est ultimus terminus generationis, ergo neque in quantum ut forma est immediatum principium suarum operationum, sicque sunt ab ipsa realiter distinctae. Atque quia adductae obiectiones sunt infirmae, fundamenta quibus D. Thomas quest: 77. art. 1. 1.a partis probat sententiam suam

R. dist. ant. anima c. realiter in ordine ad corpus, quod informat c. ant., in ordine ad operationes n. ant. Anima considerari potest in ordine ad corpus et ad operationes, si 1.a spectatur est semper actus sive informans, at si in ordine ad operationes consideretur, variis modis ad exercendas virtutes suas dicitur; vel cum Scoto dicto ante n. conseq. quia licet sit de ratione causae formalis nunquam posse carere effectu suo, non est tamen de ratione causae efficientis; hinc solum sequitur, quod anima quandiu est in corpore, semper sit principium potens operari, sicuti etiam semper informat. Aliter quia intellectus est etiam actus animae, quam informat s. Thomistas, et in quantum recipit, etiam semper intelligeret, unde etiam dicunt quam plurimi dormit. Ad 3.um dist.o ant. anima in quantum est forma substantialis non est etc. c. vel melius transeat ant. virtualiter eius nato n. ant. et sic distinguo 2.a consequentia n. alteram. Anima spectari potest in quantum simpliciter est forma et sic considerata tantum corpus informare et in quantum est forma tali, idest actuans et sic habet esse principium immediatum operationum humanarum, siquidem ut inquit Phil: l.o 2.o de anima text. 24.o tomo 2.o: anima est id, quo 1.o sentimus, intelligimus etc.

Objicies 4.o Anima est actus corporis, intellectus non est actus corporis, ergo anima et intellectus distinguuntur.

Sed contra dist.o ant. quo ad 2.am p. intellectus formaliter non est actus corporis c., realiter n. ant. et conseq. Adeo enim maior ob diversitatem operationum variis nuncupatur nominibus, scilicet dicitur intellectus ab intelligendo, actus ab informando, voluntas a volendo, sed tamen realiter loquendo ista omnia una anima est, inquit celebris Augustinus

Objicies 5.o ab autoritatibus, et 1.o ex illo Matthaei textu 22.o diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota mente tua, et Lucae 2.o diliges Dominum Deum tuum ex tota anima et ex totis viribus tuis. Ex 1.o quorum textu, quia distincte dicitur ex anima, ex mente etc. g.o instruunt Thomistae vel superfluum est additio illa cordis et mentis, vel partes dicti; et ex 2.o parte vel superfluum est additio ex totis viribus tuis, vel vires idest potentiae ab anima distinguuntur. 2.o S. Dionysius c. 11.o caelestis Hierarchiae Spiritus, inquit caelestes dividuntur in essentias, virtutes et operationes, ergo multo magis in anima aliud est essentia

aliud videtur, idest potentia. 4.° Augustinus L.° 9.° de Trinitate c.° 4.° docet intellectum et voluntatem esse aliquid in anima, sed non ipsam animam, quod repetit L.° 15.° c.° 7.° et 22.° afferendo discrimen inter intellectum memoriam et voluntatem ex una parte, et SS. Trinitatem ex alia, quatenus haec est ipse Deus, non tamen illa tria sunt homo. 5.° idem probat Anselmus de casu Diaboli, aliique quos brevitatis causa desiderium omisit, itaque

R.° ad 1.um, et 1.° cum Cornelio à Lapide in commentarijs in Mathaeum cor, animam, et mentem idem significare. 2.° cum D. Bernardo in eundem Mathaeum, Deum ex corde sapienter, ex anima dulciter, mente perseveranter, ex totis viribus fortiter esse diligendum, et hanc fuisse causam additionis cordis, animae, mentis et virium, ut magis facerent ut intelligamus modi, quibus Deus diligi debebat ab hominibus, non autem ut diversa aliqua indicaret contra animam, eiusque potentias. Ad 2.um aliam datam responsionem satisfaciendo asserendo verborem hunc vereum esse Deum amari debere, ut hic gloria, ubique visione, et super omnia, vel ut ait Nicolaus à Lyra in c.° 6.° Deuteronomij, per animam intelligunt potentias internas, per vires vero externas. Ad 3.um D. Dijonisium explicandum esse de distinctione solum formali, non reali; Ad 4.um respondet Card. Disputatione 1.° de anima q.° 1.° c.° 2.° Augustinum intelligendum esse loqui de potentijs non in actu 1.° sed 2.° nimirum prout erant subrum actibus, in quo certe sensu non sunt ipsa animae substantia. Hocque asserendi fundamentum desumere ex eo, quod à fide remotus mihi videtur eundem Augustinum unum docuisse L.° de Trinitate, aliud L.° de spiritu, et littera. Ad 5.um Anselmum pariter locutum fuisse de actibus 2.is. Fiendus

Probatur 2.a assertionis pars: quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se sed potentiae animae sunt eadem uni tertio, idest animae, quo eadem sunt inter se, et simul identificantur. Nil clarius: nihilominus tamen minus

Obijcies 1.° multi sunt, qui habent potentiam intellectivam bene dispositam, volitivam autem male, plures è converso, voluntatem bene dispositam, intellectum vero male dispositum, ergo intellectus, et voluntas sunt potentiae distinctae.

R.° has locutiones esse veras, quia communiter accipiuntur in sensu formali, et qualis

udend. operatur, talis operant potentiae, quibus distinctam in ratione formali adscribunt.
in ratione autem reali falsum omnino est, nam ratione se identificat intellectus et voluntas
unde in forma dist. ass. multi hunt & si huiusmodi potentiae accipiantur in ratione
formali c., in reali n. ass. et conseq.

Obijcies 2º: intellectus et voluntas differunt specie, ergo realiter distinguuntur. Prob. ass. Potentiae
specificantur a suis actibus sed actus potentiae intellectivae sunt specie diversi ab actibus
potentiae volitivae ergo &. Praeterea, quae diversum habent obiectum formale sunt diversae et distinctae
sed intellectus et voluntas habent obiectum diversum siquidem intellectus habet verum,
voluntas bonum, ergo &, insuper intellectus tendit in obiectum per modum assimilantis
potentiam suo obiecto, voluntas per modum inclinantis potentiam in obiectum ergo &.

R. ad 2um distinguo ass.: intellectus et voluntas formaliter sumpta et prout connotant suos
actus intelligendi, et volendi differunt specie c. ass., si realiter accipiantur n. ass. et
consequens. Intellectus, sicut una potentia cognoscens distinguitur specie a voluntate, si per ea
faciat reduplicationem formalem, quia cognitio, quae est forma accidentalis illius denominans
cognoscentem, specie distinguitur a volitione, quae est forma accidentalis huius alterius
connotati volens. At intellectus realiter acceptus pro ipsa potentia quae denominatur intelli-
gens non distinguitur a voluntate, accepta et ipsa pro potentia denominata volens. Eo
modo, quo etiam proportione dicitur omnipotentia formaliter accepta cum suis actibus specie
differt a providentia, et ipsa similiter accepta, et sic loquendo de quolibet altero attributo
divino, sed per hoc in ratione reali unum ab altero non distinguitur. Unde vero oritur
haec diversitas formalis potentiarum tam in Deo, tam in anima, non nisi ex aequivalentia
perfectionis tum Dei, tum animae dotatae, ad praestandum per se illos effectus, qui possint
a pluribus causis distinctis produci, ex quo huiusmodi causae dicuntur unae in se et in
virtute multiplices, et ea multiplex, quae multiplices possunt edere effectus, alio
nomine causae aequivocae vocantur. Ad antecedens probationis assumpti 2i nam etsi distinguo et respon-
sionem: dixerit nos dicimus illud commune: Potentiae specificantur a suis actibus; intelligendum
esse ut advertit illustrissimus disputatione [illegible] de anima A. 2. ne quaerit potentiae
accipiant differentias suas essentiales, a suis enim [illegible] in [illegible] potentiae, non
possunt illas constituere in esse essentiali ac differentiali, [illegible] esse per propria
[illegible] constituantur, sed qualitercumque potentiae eas denominationes recipiunt quales propriae actiones

conveniunt, qui si diversi sunt diversas sortiuntur denominationes, si unius qualitatis, et ordinis unam tantum. Ad 2um, et 3um omnino unicam esse, non formaliter, et vitaliter, nisi realiter, et specificative loquendo. Ab anima in se considerata transeamus ad eandem contemplandam in ordine ad corpus, quare sit

Quaestio 3a

De Anima rationali considerata in ordine ad corpus

Articulus 1us

An anima rationalis sit vera forma Corporis.

Varij varias sunt opinati de anima rationali in ordine ad corpus, Pythagoras enim, et cum ipso etiam Plato in Alcibiade docuit esse merum assistentem formam, quo pacto Gubernator navi, Auriga currui assistit, alij hominem esse purum spiritum luto quasi veste indutum, quod satis absonum sit a fide, et a vera ratione

Assero animam rationalem esse veram corporis formam illud vere informans

Probatur 1° auctoritate concilij Viennensis habiti sub Clemente 5o, quod deffinitio inserta fuit iuri Canonico, et legitur in Clementina 1a sub his terminis: Doctrinam omnem seu propositionem temere asserentem aut vertentem in dubium quod substantia animae rationalis seu intellectivae vere, et per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholicae inimicam, praedicto Concilio approbante reprobamus deffinientes ut quisquis deinceps asserere, et tenere pertinaciter praesumpserit, quod anima rationalis seu intellectiva non sit forma corporis humani per se et essentialiter tanquam haereticus sit censendus.

Id ipsum legitur etiam in Lateranensi 2o sub Innocentio 3o, et in alio Lateranensi sub Leone 10. ergo anima rationalis indubitanter est vera corporis forma illud vere informans: Dixi indubitanter, cum Conciliorum deffinitiones in dubium non sint revocandae, nihilominus tamen ut Philosophi munere fungar, ut decet

Probatur 2° ratione naturali: Illud, quo 1° aliquid operatur, est vera forma illius, cui attribuuntur operationes, sed anima rationalis est id, quo 1° corpus operatur, ergo anima rationalis est vera forma corporis. Maior est evidens; illud enim, quo 1° aliquid operatur est illud, quo existit, sed illud,

aliqd est actu esse illius forma, g.o illo quo e.t aliqd operatur, est forma illius specificatiuè operatio; ma. prob. illud quo e.t corpus operatur, est illud, quo e.t corpus viuit, operatio enim nil aliud est, nisi vita actualis, sed id, quo corpus e.t viuit est ana rationalis per anam enim, nutrimur, sentimus loco mouemur, ac intelligimus, g.o ana rationalis est id quo e.t corpus operatur, g.o vera illius forma, sed vera forma vere informat, g.o ana rationalis, que est vera corporis forma illud vere informat.

Prob. m.a illud est vera alicuius forma informans, que illud determinat aliquam speciem compositi phisici, et cum eodem constituit unam naturam, sed hoc prestat ana rationalis respectu corporis humani, g.o &c. ma est certa, mi ostenditur. Ana rationalis determinat corpus ad speciem rationalem, cumque illo constituit naturam humanam g.o &c.

Objicies 2.o inter formam, et subiectum debet dari proportio, sed nulla proportio datur inter anam, et corpus, illa enim spiritualis asseritur, hoc materiale, g.o ana corpori uniri nequit ut forma.

R.o dist.o ma.m debet dari proportio in ratione determinantis, et determinabilis c.o ma.m, in ratione specifica entis n.o ma.m, et sic dist.a mi n.o consequentiam. Proportio que in compositis phisicis ostenditur, ut qd unus sit aptus constituere illud in aliquam speciem et illud sit aptum constitui, illam habet ana, ut dominans, n.ra corpus, hoc enim passive se habere potest ad alterius determinationem

Objicies 3.o id qd r.ne sui habet esse alteri uniri nequit, ut forma, sed rationalis ana habet r.ne esse et est subsistens de se g.o uniri nequit corpori ut forma. Prob. ma id qd r.ne se habet esse, est ens completum, sed qd est ens completum non potest alteri uniri ut forma aut si alteri unitur constituit unum per accidens, non per se, g.o vel dicendum anam uniendi corpori ut formam, vel hominem esse unum per accidens, utrumque contradictionem implicat g.o &c.

R.o dist.o uniri nequit ut forma dans et recipiens perfectionem c.o ma.m, ut forma simpliciter perficiens subiectum n.o ma.m, et c.a mi n.o consequentiam. Ana rationalis quamuis sit de genere formarum que de se subsistentes assunt, et per consequens queruntur esse totius et compositi, non est forma dans, et perfectionem recipiens, sed ens illius est, que illud esse, in quo subsistunt communicant mat.e, ex quo deinde, et ipsis fit unum, ita tamen ut illud esse qd est totius compositi, sit etiam esse formi. Ad probationem dist.o ma.m qd r.ne se habet esse, est ens

completus in se et mas, in ordine ad aliud subdictur si nullam dicat naturalem aptitudinem ... si hanc dicat nihil subditam mas, et dicitur ... quod est ens completum ... potest uniri alteri ut forma si sit completa in se nullamque naturalem aptitudinem dicat ad aliquid substantiam, si licet in se completa sit, hanc nihilominus ... dicat ... et sic dicitur ... membro ... ultimum illatum. Anima fateor est in se ens completum, sed cum naturalem aptitudinem, immo, et exigentiam dicit ad corpus illi ut forma uniri possit, et cum forma ... unum per se apta est constituere.

Dices ergo est in statu violento dum est extra corpus, si ad illud exigentiam habet

Sed contra ... Dupliciter enim modo aliquid esse dicitur in statu violento: primo quidem dum impeditur ad aliquid spectandum ad quod naturalem habet inclinationem, sic ignis dum impeditur ad combustionem, secundo dum aliquid ab altero separatur, sine quo nec subsistere naturaliter nec operari potest, anima autem a corpore separata non est primo modo in statu violento quia unio animae ad corpus non est naturalis proprietas actiue emanans ab anima, sicut calor ab igne, lux a sole. Non secundo, cum etiam extra corpus ex se subsistere naturaliter valeat, et operari mediis speciebus vel acquisitis vel infusis, ergo nullo modo est in statu violento, sed simpliciter in statu, qui dicitur posse, ... necessario reducendum ad actum, sed mere reducibilem, sicut quo si verbum divinum ... dimitteret assumptam humanitatem. Ex his, quae sequuntur, ut dilucide magis fateor stabilitur veritas libens excipe Corolaria

Corolarium 1um

Vana omnino hinc evincitur opinio asserentium animam uniri corpori ut motorem mobili, et sic ex anima et corpore fieri unum ... actio animae tribui posset toti: primo quidem, quia cum Petrus ... sit quoddam individuum in natura, cuius essentia est una composita ex anima et corpore, si anima non est eius forma, ... praeter eius ... sic anima comparabitur ad totum Petrum, sicuti motor ad motum, sed hoc est ... vanum, nam intelligere est actio seu motus a se, in se, scilicet immanens in agente, non transiens in alterum, uti esset calefactio, ergo intelligere non potest attribui Petro propter hoc, quod est motus ab anima. Secundo actio motoris nunquam tribuitur moto, nisi sicut

instrumentum patientis carpentarii serra, 3° si intelligere attribuitur Petro quia est
actio animae motoris Petro attribuitur ut instrumento, sed hoc est contra rationem et Phi-
losophum l. 1. de anima textu 12° et 13° aperte docentem. Intelligere autem non
per instrumentum est corporeum, 3° anima per quam Petrus intelligit ita se habet ad Petrum
ut motor mobili. 3° si anima Petri unitur eius corpori sicut motor mobili, Petrus
non est unum simpliciter, per unionem nec enim simpliciter, et enim aliquid non est
ens, ut est unum, 3° sunt unitae. Probatur sequela ante: Motor unitur mobili aut
per contactum quantitativum, aut per contactum virtutis, sed per merum contactum
quantitativum aut virtutis non fit unum simpliciter ut constat ex ea de lapide
alterius moventis, et de coelestibus terrestria, 3° 4° in hac ipothesi dici negatur homo
intelligit, sentit, vegetat, 3° probatur anima homo ex anima constat et corpore sed si anima
ad corpus se habet ut motor ad motum, sola anima active se habet ad actiones humanas,
3° soli animae attribuendae sunt actiones humanae ut principio, 3° de ipsa sola dicitur
intelligit, sentit, vegetat, non de homine 3°

Corolarium 2um

Vana pariter et futilis Averrois sententia habenda est, nec non Simplicii, ac Theophrasti
qui unam in omnibus hominibus universalem animam intellectivam vigilantes omnibus assi-
-stentem somniati sunt et alteram particularem singulis addictam, quae sola singularia
intelligeret; 1us mentem agentem, hanc patientem vocabant, quatenus nihil ipsa agens circa
cognitionem praesertim universalem ab ipsa productam, potius passive reciperet cognitionem ab illa
mente universali transfusam. Vana inquam et futilis est; unusquisque enim persuasus
est iudicio metaphisico certo et evidenti se esse hominem realiter ab aliis adequate distinctum
non modo corpore sed etiam anima. Certus pariter est experimentaliter se intelligere
quae singularia intelligere per actus vitales ab intrinseca sua virtute procedentes et
in se receptos, nec minus id certe sentit, quod sentire, 3° quemadmodum unusquisque praeditus
est corpore, et vi sentiendi individua, et ab aliis distincta, ita et anima ac intelligendi acti-
-vitate, eodem enim modo contradictionem implicat intelligere per actus qui non sint
proprio vitali principio, quam sentire per sensationes quae non procedant ab intrinseco
vitali principio, 3° quemadmodum in singulis dantur facultates sensitivae, ita et intelle-
-ctiva.

Corolarium 3um

Male profecto' est minus se gessit Cartesius, dum unionem animae rationalis cum corpore asserit consistere in quadam concomitantia idearum in mente, et motuum in corpore ex decreto Dei, quo modo, quae sequuntur constanter adeo explicat, ut hominis opificio tanquam Dei Consiliarius interfuisse crederetur. Nempe: In hominis conditione statuit Deus excitare tales quasdam ideas in anima ex quibusdam talibus motibus in corpore, et vicissim tales quosdam motus in corpore ad praesentiam talium idearum animae ita ut sit quaedam perpetua armonia inter motus corporis et animae ideas, per quas deinde armoniam idearum animae ad motus corporis, dicitur anima illa dicta, et isti corpori unita, et relatione; nomine autem idearum animae intelligit omnes eiusdem actus sive cognoscitivos, sive volitivos.

Probatur: in hac hypothesi anima rationalis non esset forma vere informans corpus, et cum eo constituens compositum unum substantiale, quale est homo, sed forma tantummodo assistens, qualis est vel Daemon in corpore Energumeni, vel bonus Angelus quem nonnulli assistere corporibus caelestibus, sed ad salvandam catholicam veritatem asserentem animas rationales essentialiter, et per se esse veras corporis formas et cum eo constituentes humanas naturas. Probatur antecedens quandocumque Daemon movet hominis corpus ad praesentiam talium idearum in mente Daemonis existentium excitantur tales motus in corpore et e contra ad praesentiam talium motuum in energumeni corpore excitantur tales ideae in mente Daemonis, ergo et in hoc casu habetur simile decretum, ergo si in hoc decreto, et commercio idearum, ac motuum Daemon est forma mere assistens corpori energumeni etiam anima per hanc concomitantiam idearum esset forma mere assistens, non informans, sed hoc est contra catholicum dogma, ergo unio animae rationalis ad corpus non est statuenda in hac mera concomitantia idearum ad motus.

2°. quandocumque auriga moderatur in curru motibus quorum ad praesentiam idearum existentium in mente aurigae habentur tales motus in equis, et in curru, et vicissim, ergo vel dicendum animam se habere ad corpus, sicut auriga ad equos et currum, quod vel ipse Cartesius iudicet si rationabiliter queat, vel concludendum errasse Cartesium! 3°. in hac hypothesi homo adimitur omnis libertatis, ergo unio animae ad corpus non est sic explicanda; probatur antecedens in hac hypothesi ideae excitantur in anima a Deo, ex parte

motus in corpore, sed vi hoc est adimere homini omnem libertatem, hic enim consistit in eo, quod agens agat ex proprio arbitrij determinatione quod Dei reponere invenit tales corporis motus excitari [illegible] neque arbitrium animae, nam etiam hoc dato hominis actus liberi essent, quia essent ab aliena non a propria electione.

Corolarius 4us

Dei Leibnitius Cartesium impugnans recto procedit [illegible]. Hic mechanismi [illegible] dicunt corpus hominis esse machinam quandam, quae in varijs circumstantijs a Deo praemissis tales quosdam motus sortiri debet ex vi, et lege mechanica: Hoc dato sudit Deum inter infinitas animas possibiles eligere illam corpori coniungendam, quam per scientiam mediam praevidebat certo, et infallibiliter consensuram varijs corporis motibus, qui sequi debent in vi mechanismi, unde in hac hypothesi nil revera agit anima in corpus, nec ipsum movet, et corpus vicissim nil agit in animam, sed utriusque motus perpetua armonia conspirant ex eo quod conveniunt. Ex. gratia corpori taliter organizato, ut actus liberi animae praevideantur consensuri constanter motibus mechanicis talis corporis. Sic exempli praevidet Deus corpus Petri ex legibus mechanicis debere hac hora sedere, seu bibere, inde loqui, statim postea adire Oratorium, se inclinare etc., hac praevisione posita ex omnibus animabus possibilibus hanc elegit constituendo praesentem tali machinae, quia praevidet fore ut velit hos motus, utraque necessario et infallibiliter eventuros, et in hac armonia actuum animae, cum corporis motibus consistere asserit unionem animae ad corpus

Ast contra hoc assertum idealem probatur eas, quae contra Cartesium adductae fuere, multas nihilominus rationes, quarum

1a est omnibus et singulis compertum liquet ex intima experientia nos non solum assentiri motionibus aliunde excitatis, sed nos metipsos intrinseca virtute nos determinare ad plurimos actus, quod humani corporis motus non pendent a mechanismi humani corporis dispositione. Antecedens pro re praesentandum communis probatur, consequens non nisi absque fundamento dici poterit nos in ordine ad motus nostros perpetuo falli, sed si ex experientia omnibus et singulis compertum liquet nos determinare nos metipsos ad plurimos motus humani corporis motus non pendent a mechanismi corporis dispositione, 2a est libertas, et

mechanismus maxime inter se differunt, nam iste summam uniformitatem imperat, illa summam in operando difformitatem; nam enim mechanica in iisdem circumstantiis idem semper, eodemque modo operantur, libertas vero potest aliter, et aliter agere, et saepe de facto aliter agit, ergo vel dicendum quod homo libere non agit, quod impium atque sacrilegum esset, vel quod ex mechanismo non agit.

3a Hypothesis Leibnitiana facit Deum velle impios, scelestosque motus non mera permissiva voluntate, sed vere intentiva, ergo impia est hinc rejicienda, probatur vel ex eo quod construxit Deus talia corpora sub hac peculiari idea, sub qua juxta internum eorum mechanismum edere debent tot pravos motus, quibus tot scelera perpetrantur; vel de industria [illegible], omnia enim disponit Deus in numero, pondere, et mensura, ergo [illegible] sed [illegible] adeo de formis talis, ut de industria construxerit talia corpora, quae ex interna eorum construc-
-tione necessario tot pravos motus elicere debeant.

Dices Deus talia construxit corpora non motu proprio, sed quia in [illegible] praevidit animas libere volituras tales motus pravos et hoc Deus facere, ut hae creaturae, quae relictae sunt in manu consilii sui, libere peragere valeant cursus suos, ergo impia non est hypothesis.

Sed contra dato etiam et concesso Deus talia construxit corpora quia praevidit tales flagitiosas animas libere esse volituras tales motus pravos, non ne hoc Deum esset illis animabus materiam modumque facile peccandi subministrare? Profecto. Nec reponere [illegible] hoc Deum facere, ut illarum animarum libertatem servet indemnem. Nam quis dicet, uno excepto Leibnitio Deo summe sancto licere, ut meam indemnem servet libertatem, mihi medias, viamque ministrare, ut hostem, quem odio prosequor, occidam? Adde ex experientia carnem semper quidem concupiscere adversus spiritum, sed non semper spiritum [illegible] adhaerere motibus carnis, ergo mere fictitia est Leibnitiana hypothesis, et impia

Articulus 2us

Quo tempore creatae animae rationales

Origenes primo in suis operibus docuit hominum animas 1o creationis die simul cum Angelis conditas fuisse, et in stellis constitutas, sed [illegible] rerum celestium et [illegible]

captus veniat in Deus autoras perpetrare facinora, in quorum deinde poenas diversis corporibus tanquam carceri a Deo alligatus fuisse. Ego vero tenens quae praescribit fides

Assero 1.° de fide esse animam hominis tunc a Deo creari quando corporibus infunditur.

Probatur 1.° ex concilio Bracharensi 1.° c. 6.° ubi sic dicitur: Si quis animas humanas dixerit prius in caelesti habitatione peccasse, et per hoc in corpora humana in terras deiectas, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. 2.° Leo 1.us in epistola ad Turibium, postquam praedictum retulit errorem haec habet: Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texuerunt, sed omnes eos catholica fides a corpore suo unitatis abscidit, constanter praedicans ac veraciter quod animae hominum priusquam suis inspirarentur corporibus non fuerunt. 3.° Zachariae 12. Ego Dominus formans spiritum hominis in medio eius. haec sunt testa de fide, et evidentissima, ergo de fide tenendum animas hominum non prius esse quam inspirentur corporibus

Probatur 4.° ratione in fide fundata: Si animae corporibus alligantur in poenam eorum peccati, ergo et anima Christi peccati causa corpori fuit alligata, quod est haereticum esse, ac contra illud 1.° Petri 2.° qui peccatum non fecit; ergo et animae fuerunt, et beati hac de causa in coeno demersae fuere, quod contra illud ad Rom. 9.° Cum nondum aliquid boni egissent aut mali. ergo corpora resurrecti relata ad animas aut credenda nobis, aut ut credenda non praemia, sed animarum supplicii corpora enim data in vinculo, et carcere animarum, sed huiusmodi illatis, quae vide deducuntur omnino falsa sunt et impia ergo et id unde sequuntur.

Obiicies 1.° Sapientiae 8.° haec: Puer eram ingeniosus, et sortitus sum animam bonam et cum essem magis bonus veni ad corpus incoinquinatum. ergo licet sit contra fidem asserere causa peccati animas hominum corporibus obiectas fuisse iuxta fidem est dicere simpliciter creatas fuisse ante corpora.

2.° dicitur Genesis 2.°: Requievit Deus die 7.° ab universo opere ergo animae simul omnes cum angelis die 1.° creatae fuerunt

Respondeo ad 1.um cum Dionysio Carthusiano, quod Salomon locutus fuisse de re ipsa confert aetatem statum in quo erat magis provectus in aetate, et tribuit id statum temporis praecedentis, et affirmat pro eo tempore quanto anima erat melior tanto et magis cum corpore facta est puro, et libero a coinquinationibus legali.

Ad 2.um nil concludi. Requievit Deus die 7.° ab universo opere, idest ab illis quae nova absque generatione produci possent, nam conditione naturae addita, et facundiae eius in talibus auspicio conatus Dei gravari

anas producunt ex libris, deoq. ab illis rejiciendis Deus, sed vel ab angelis creatae sunt cum formas in medio hominis tempore nimirum qua corporibus infunduntur. ut ex Constitutionibus definitionibus satis aperte ostensum credo, cui dicendum quod Deus dicitur cessasse ab omni opere, ut dicitur Joan: 5° Pater meus usque modo operatur; sed a novis rerum generibus et speciebus condendis, quae in operibus 6 dierum aliquo modo non praecesserint vel quae nunc creantur praecesserunt secundum similitudinem speciei in 6 operibus in quibus anima Adae creata fuit. Videatur D. Thomas p. 1a q. 118 a. 3. ... Philosophus

Assero 2° Animae rationali demonstrabile est animas hominum tunc a Deo creari, quando corporibus infunduntur.

Probatur 1° quia anima rationalis est forma corporis et eadem est in Philosophia ut innuit Philosophus lib. Metaphysicorum textu 17 quod propriae formae alicuius materiae non est ante quam sit ipsius dispositio, quod eadem est ratione non adesse ante corpus.

Probatur 2° unio animae rationalis ad corpus est naturalis, et ad hoc ... ponitur ut anima compositum habeat esse substantiale constituendum ergo tunc anima creatur quando utilis est. Unus utilis est tunc quando corpus est dispositum ad eam recipiendam, ergo tunc illa creatur non antea.

Objicies quod incipit in tempore, terminat in tempore, sed anima rationalis non terminatur in tempore, ergo non incipit in tempore.

Respondeo distinguo maiorem quod incipit in tempore per generationem concedo, per creationem nego maiorem et ... nego consequentiam. Quae hic dicta de animabus in genere, dicta sint eodem modo etiam de anima primi hominis, idest Adae

Articulus 3us

Utrum admittenda sit animarum transmigratio

Plato ut notat Eusebius Caesariensis l. 14 de praeparatione evangelica, Pitagoras, ut advertit Augustinus sermone 245 de tempore, et Manichei, ut idem innuit Augustinus in libro de haeresibus c. 46, aliique nonnulli haeretici contendebant animas in numero plures quidem esse, sed ... quae hominum corpora, quae ... principio consulunt; sed frustra probant animarum transmigrationem in diversa corpora dicunt quod anima ... Petri postquam deseruerit corpus ...

transibit ad aliud vivificandum, et sic in infinitum, hac tamen lege, quod illa, quae bene vivebat in 1° corpore, cui destinabatur, transibit ad aliud humanum corpus, et quidem alicuius Herois, illa vero, quae male, transibat ad aliquod impii hominis corpus, vel etiam saepe ad corpus alicuius bruti, et in huius rei confirmationem varia proprio marte inventa exempla, dicam melius fabulas adducunt, quae, ut quale est, fictitium demonstrem.

Assero animarum transmigratio pugnat auctoritati, et rationi.

Probatur 1ª assertionis pars brevitatis gratia unice ex Concilio Lateranensi 5°, habito sub Leone 10 definiente his verbis, anima pro corporum quibus infunditur multitudine singulariter multiplicabilis ac multiplicanda etc.

Probatur 2ª pars id pugnat rationi quod est contra communem hominum persuasionem, quod nullum habet finem dignum Deo Auctore, quod facit hominem non differre essentialiter a bruto, huius modi est animarum transmigratio, ergo maior liquet, 1° minoris pars apud prudentes est luce clarior, probatur ergo 2ª si quis finis esse posset maxime erit ut boni remunerentur, mali vero poena gravi mulctentur, sed hoc pacto boni remunerari indignum esset Deo Auctore et animae nobilitate, quod enim praemio obtinet anima, quae pie vixit, per hoc quod ad aliud corpus transeat, quam poenam scelerum gravitati consonam patietur, quae vel ad aliud humanum corpus, vel etiam ad brutale transit, ergo sic operandi nullum finem se dignum habet Deus, quia sic non operatur. Probatur 3ª minoris pars maior evidens est, id, per quod homo essentialiter differt a bruto, quia sic hic ad brutum transit, ab homine brutum essentialiter non differt.

Articulus 4us

Quomodo anima rationalis resideat in corpore

Monitum 1um

Dupliciter aliquid in alio esse dicitur, definitive nempe, et circumscriptive. Illud dicitur circumscriptive esse in alio, cuius singulae partes correspondent singulis partibus continentis, hinc aqua dicitur circumscriptive esse in vase, quia singulae aquae partes correspondent singulis vasis partibus, a quibus veluti circumscribuntur. Illud vero dicitur definitive esse in alio, quod est totum in toto subiecto, et totum in qualibet ipsius parte.

Monitum 2um

Cum divisio sit in ordine ad partes, et totum dicatur per habitudinem ad partes, iuxta triplicem differentiam partes, nempe aliae quantitativae, aliae essentiales, potentiales aliae, in triplici quoque differentia est divisibilitas et totalitas, seu totum scilicet quantitativum essentiale, et potentiale. quantitativum est illud quod dividitur in partes quantitativas, ut linea bipalmaris quae in duas quantas palmares partes dividitur; totum essentiale est, quod in eius partes essentiales dividitur. sive physicas sive logicas. Ex hoc parte totum physicum dividitur in materiam, et formam, logice vero in genus et differentiam. Totum potentiale quod dividitur in partes virtuales, sive in potentias operativas, sic anima rationalis distinguitur in intellectum et voluntatem.

Monitum 3um

Maxima reperitur differentia inter has totalitates in ordine ad formas. Nam totalitas, seu divisibilitas quantitativa, per se primo convenit soli quantitati, quae est ratio extensionis et divisibilitatis, et ratione quantitatis per se sed 2o, et tanquam propria passio cuicumque substantiae corporeae compositae ex materia et forma: formis vero etiam si sint materiales non convenit nisi forte per accidens, dico per accidens, et aliquibus tantum, quales sunt formae inanimatae, uti esset albedo istis namque competere potest divisibilitas quantitativa ratione subiecti in quo sunt, quatenus divisibiles sunt in partes ad divisionem subiecti proprii, ideoque dividi et moveri non convenit formis nisi per accidens ratione corporis in quo sunt. Totalitas autem essentialis proprie, et per se competit formis, non quod forma realiter sit composita ex partibus essentialibus physicis, sed ut notat Caietanus 1o quia habet partes non realiter, sed mere ratione differentes, genus nimirum, et differentiam, vel aliquid ad modum generis et differentiae. 2o quia totum idem est, ac perfectum, unde totalitas essentialis sumitur pro perfectione essentiali et quia forma est perfectio cuiuslibet rei, ideo formis tribuitur totalitas essentialis et dicitur, quod sit totum quid essentiale, idest ipsa perfectio essentialis, vel prima ratio perfectionis. Totalitas demum potentialis seu operatoria pariter per se convenit formis, forma enim per se est principium operationis, et ideo distinguitur per diversitatem operationum, quae ab ipsa procedunt. His positis

Assero animam rationalem non circumscriptive, sed diffinitive esse in humano corpore.

Probatur 1a assertionis pars: Illud non est circumscriptivum in subiecto, cui neque per se neque per accidens competit totalitas quantitativa, sed huiusmodi est anima rationalis; ergo anima rationalis non est circumscriptive in subiecto proprio scilicet in corpore humano. Minor liquet ex modo dicendis probatur: anima rationalis est forma cui neque per se competit quantitativa totalitas; ex alia parte est forma spiritualis, ergo neque per accidens totalitas quantitativa ipsi competere potest, quae enim sunt supra corporis substantiam ad substantiae corporis divisionem non dividuntur.

Probatur 2a: si anima est circumscriptive in humano corpore, idest quanta et per partes extensa, manu abscissa vel manet ibi pars animae, vel non; si manet, dicendum quod alibi vel in manu remanet, quod est manifeste falsum: frequenter ex uno homine aggrediente et scindente plures animae, quod est absurdum; si autem in parte abscissa non manet pars animae quae ibi erat, ergo anima humana est corruptibilis, quod est contra fidem et veram philosophiam. Probatur consequentia: pars animae quae erat in manu ante abscisionem nullibi manet post abscisionem, ergo corrupta est, consequenter pars animae. Probatur: non manet in manu abscissa, nec potuit retrahi ad alias partes, requirit enim dictum motum localem, qui formis non convenit nisi per accidens ratione corporis, sed tunc nulla pars corporis retrahitur, ergo nec ipsa anima, ergo corrumpitur; sed hoc est contra fidem et rationem, ergo et id unde sequitur.

Obiicies 1o: unumquodque recipitur ad modum recipientis, sed anima humana recipitur in corpore quanto, ergo anima humana est quanta, et circumscriptive in corpore.

Respondeo distinguo maiorem: unumquodque recipitur ad modum recipientis in his quae non repugnant propriae naturae, concedo; in his quae repugnant, nego maiorem, et distinguo minorem: anima recipitur in corpore quanto salva propria natura, concedo minorem; naturam immutando, nego minorem, et consequentiam. Vel dicendum quod id quod recipitur accommodatur capacitati recipientis, sed necesse non est ut recipientis naturam et proprietates induat: ut constat de igne in aere recepto, et idem dicendum de anima rationali.

Obiicies 2o: quantitas, nec alius accidens recipitur in materia prima sed in toto composito ex materia et forma, ergo effectus formalis quantitatis, qui est extensio et divisibilitas utrique parti debet convenire, quoniam omnis forma corporis quanti est extensa, divisibilis, et per consequens circumscriptive in suo subiecto quanto.

Ad 3. dist.o anj. quantity &. sed in composito ex mat.a et forma corporea determinante mat.am 1.as ad esse aliqd corpus, i.e. ... in toto composito ex mat.a, et forma determinante corpus ius constituitur in esse corporis talis n.o anj, ex dictis comp., 1.o formalis qualitates effectus utrique parti conveniunt, pro 2.o inquam determinare mat.am 1.am ad esse aliqd corpus i.e. consequi parti determinanti corpus in se constitutas in esse talis corporis ad esse corpus potius humanum, quam aliud n.o 2.o et 3.o conse-quens, duplicem reperio formam in composito humano: Unam per quam corpus humanum const-ituitur in esse viventis scilicet hominis et haec est anima rationalis: Alteram per quam constituitur potius in esse corporis, quam ligni, lapidis &. hanc 2.am admitto quantam esse 1.am vero non propter has dictas. Vel ad summum cum celebri comentatore S. Thomae dicendum accidentis, quod quantitas in ipso subiecto corporali requirit rationem alicuius partis, idest mat.ae et formae, quatenus dat esse corporale ad hoc autem praecise necesse quod forma sit quanta, sed sufficit, quod virtualiter habeat quod habet formae quantae, et illas contineat, anima autem rationalis hanc habet continentiam, et ideo causat omne id, quod cause-ret, si esset vere corporalis, et quanta. Hanc responsionem respuentes, sed 2.am retinentes.

Probatur 1.a assertionis pars, licet ex iis dictis satis aperte fateor, cum duplicem tantum sit modum existendi formae in proprio subiecto, et 1.us quidem illud est definitum in proprio subiecto cui competit solum totalitas essentialis, sed anima rationali competit solum totalitas essentialis, quod maior ex monitis liquet, minor ex dictis legitime deducitur. Si enim animae rationali competit totalitas quantitativa restat ut illi competat essentialis, totalitas enim potentialis vel to-talitas virtutis, seu operativa, quae veluti fructus supponit et sequitur radicem, ante totalitatem quantitativam, iure veniet; probatur 2.a anima rationalis est anima, quae est forma corporis organici, quae informat diversas corpori partes organicum enim illud est, quod ex diversis partibus, et instrumentis componitur, et ex alia in qualibet corporis parte reperitur tot. apparens anima, quae anima est in genere definitum; 1.a conclusio est de fide, ans vero probatur; ibi reperitur integra essentia alicuius formae, ubi forma est verus, perfectus, et com-pletus actus, sed anima rationalis est verus, perfectus, et completus actus ne dum totius, sed etiam

accidentibus partis corporis, quod non dicitur in toto corpore, sed dicitur in qualibet ipsius parte reperiri. Instantia esse animam, et quia ubi reperitur integra esse anima ibi est tota anima; quae si in toto corpore et in qualibet ipsius parte reperitur integra esse anima omnino est tota in toto, et tota in qualibet parte corporis.

Dices etiam in qualibet parte tabulae salvatur vera et integra ratio albedinis, neque per hoc tota albedo tabulae est in qualibet parte tabulae, ergo a pari licet integra ratio animae salvetur in qualibet parte corporis anima non erit tota in qualibet corporis parte.

Sed contra dicitur animam etiam in qualibet parte tabulae [illegible], neque per hoc tota albedo tabulae [illegible] ex hoc ideo quia albedini competit etiam totalitas quantitativa quae animae, si solum essentialis competeret animae et consequenter. Albedini ratione sui competit totalitas essentialis ratione vero subiecti in quo est, cum ad divisionem subiecti sit et ipsa divisibilis, ut potest forma materialis dependens in esse et in conservari a subiecto, competit etiam totalitas quantitativa, ex hinc nil mirum, si tota tabulae albedo non sit in qualibet tabulae parte, licet integra albedinis ratio salvetur in qualibet parte ex ipsis habes a te quaerenti utrum circumscriptive sit an diffinitive albedo in tabula hoc sibi pacto esse respondendum. Si sermo fiat de albedine quantitativa, haec circumscriptive est in tabula, idest partialiter in qualibet parte, quia nimirum divisa tabula in singulis seorsim partibus tabulae non remanet tota albedinis quantitas: Si vero sermo fiat de albedine essentiali seu de essentiali totalitate diffinitive est in tabula, quia in singulis tabulae partibus salvatur vera albedinis ratio, quae est verus color disgregativus visus. Ast animae neque ratione sui, neque per accidens ut potest corporeus omnis substantia excedens competere potest quantitativa totalitas, ideoque quia in qualibet corporis parte salvatur integra ratio animae diffinitive tantum est in corpore tota scilicet in toto et tota in qualibet corporis parte. Adde aliud valde notandum discrimen esse inter albedinem et animam. Albedo namque est forma non requirens diversitatem partium in subiecto quod etiam habet omnis forma pure materialis et ideo aequaliter respiciat totum et partes et eundem effectum formalem causat in toto, et in partibus. Quapropter sicut tota tabula per albedinem est alba, ita etiam qualibet pars quantumcumque parva est alba: At anima diversitatem non modicam requirit in corpore, cuius est forma et ideo licet tota eius essentia sit in toto corpore et in qualibet eius parte, tamen non eodem comparatur ad totum, et ad partes. Ad totum namque comparatur primo et per se tamquam ad proportionatum perfectibile, ad partes vero pro portione 2°

quod partes hunt ordinem ad totum, unde non tribuitur eundem effectum formalem, nec eandem denominationem partibus, et toti. Etenim totum est animal rationale animal, nulla autem pars sive coniuncta, sive separata est animal

Obijcies 3º totum dicitur in ordine ad partes, sed anima est totum, ergo habet partes, sed quod habet partes non est definitiue in subiecto, ergo

Respondeo distinguo maiorem totum dicitur in ordine ad partes vel phisicas vel metaphisicas concedo maiorem semper in ordine ad partes phisicas nego maiorem et concedo minorem distinguo consequens habet partes metaphisicas concedo consequens phisicas nego consequentiam et sic ad reliqua

Instabis anima est totum phisicum, ergo habet partes phisicas, ergo eadem urget argumentum,

Sed contra est totum phisicum essentiale concedo antecedens quantitatiuum nego antecedens et consequentiam. Anima dicitur totum quoad essentiam, vel essentiale, quia est perfecta quoad essentiam, totum enim et perfectum idem sonant. Quod enim est totum eo modo, quo est totum, est perfectum: Sic dicitur totus Deus esse in creaturis scilicet Deus perfectus, et quoad omnem suam essentiam in creaturis.

Obijcies 4º omnes potentiae animae in ipsa animae essentia fundantur, ergo si anima est tota in qualibet corporis parte omnes potentiae animae erunt in qualibet corporis parte, et ita visus erit in aure, auditus in oculo, sed consequens est inconueniens, ergo et antecedens

Ad obiectionem huius generis dubium est, quo quaeritur utrum anima rationalis sit tota totalitate virtutis in qualibet corporis parte, anima, unde huic 2º faciam satis obiectioni ex inde respondens. Sed in 2º moneo virtutem dividi in virtutem in actu 1º et in virtutem in actu 2º: Virtus in actu 1º est id, per quod agens est potens agere, virtus vero in actu 2º est actualis agentis actio; Nunc ad dubium.

Respondeo animam rationalem totam esse totalitate virtutis in actu 1º in toto corpore et in qualibet eius parte, sed non totam totalitate virtutis in actu 2º

Probatur 1ª responsionis pars. Virtus animae rationalis in actu 1º non est realiter distincta ab eiusdem animae essentia, quod hic pro certo suppono cuius ratio suo loco demonstrabitur, sed anima rationalis est tota totalitate animae in toto, et in qualibet corporis parte, ut ostendi,

3° alia tota est totalitate virtutis in actu 1°: Argumentum est eiusdem ideoque ab ulterioribus subsistit probationibus, ut quae generaliter alibi solvere possum objecti-
-ones.

Objicies itaque mihi actio intelligendi esse nequit in manu, sicuti actio videndi in pede ergo quia in manu non est potentia intellectiva, in pede visiva sed ubi non reperitur potentia ibi neque adest virtus in actu 2° potentia enim est virtus in actu 2° dicunt ad conver-
-tentiam, ergo anima in actu 1° non est totalitate virtutis in qualibet corporis parte

Respondeo distinguo anima actio intelligendi 2° et hoc ex defectu necessariae dispositionis in corpore concedo ex defe-
-ctu virtutis in anima nego anima et consequentiam. Anima utpote forma corporis dum est in corpore ad suos actus producendos certam in corpore dispositionem exigit, unde licet in quolibet corporis parte sit eadem organorum dispositio, non omnes actus in qualibet parte producit, ut videmus sol in eadem regione non producit eosdem effectus in qualibet tellure, unica quia non omnis tellus apta est omnia ferre

Objicies 2° natura nil dat frustra, ergo ibi anima non est totalitate virtutis in actu 2°, ubi eius virtus esset frustra sed frustra est anima virtus pro ad intelligendum in manu ad videndum in pede ergo ibi non est

Respondeo 1° enthymemate nomine modo subsumpto, et quidem ex duplici capite, 1° quia illud non est frustra quod alicubi aptum est habere suam operationem, quamvis non in omni suo, hoc est ex defectu alterius scilicet dispositionis in subiecto, ut in re nostra. 2° duplicibus potest aliquid esse in alio quin sit frustra 1° si ibi sit propter aliquem finem proprium 2° si ibi sit licet non propter aliquem finem proprium quia consequitur aliud quod est ibi suum finem. In casu nostro licet virtus intelligendi in manu, videndi in pede non sit ibi propter operationem propriam ibi patr-
-andam est tamen ibi quia necessario consequitur ad animam essentiam, quae in manu est propter tactum, in pede propter ambulationem ergo ibi non est frustra; Atque quam doctrinam sententiam Ludovicus Sandoval 2° de anima quaestio 7a de quo non vere Banes in 1am partem S. Thomae q. 76 a. 4 q. 8 dicit Sand-
-ovalum conari rem incredibilem aliquo modo facere credibilem, ex hoc dico damna de opposita veritate convincitur

Probatur nunc 2a responsionis pars. Ut qualibet anima potens est in qualibet corporis parte ergo anima non est tota totalitate virtutis in actu 2° in toto et in qualibet corporis parte. Antecedens constat nam actio intelligendi est in cerebro, et non alibi, videndi in oculo, audiendi in aure nec alibi

consq. ex dictis patet q. Nunc ad obiectiones dubio propositas

R. dico anj. et dist. consq. q. vi actu 2. potis sunt in qualibet corporis parte totalitate virtualis in actu 2. c. consq. in actu 2. n. consq. Ex quo ut videtur nullum habet inconveniens immo duo maxime vera Corolaria

Corolarium 1um

Bene, et veridice Augustinus epistola fundamenti contra Manicheos c. 16. assimilavit Deum esse in mundo, animaeque esse in corpore quantum ad hoc: Deus enim totus est in Mundo, et totus in qualibet parte, ita ut qd hic est, sit id, qd illic est, ita anima in corpore. Et D. Thomas q. de anima a. 10. ad 10um declarans existentiam animae in corpore cum Angeli in loco: Angelus enim ita est in tanto loco, ut dici nequeat pars est in hac p. sed in qualibet est totus, ita et anima in corpore: Haec tamen unica differentia qd nec Angeli nec Deus informant, anima autem informat corpus, in quo est

Corolarium 2um

Cartesius ubique novitatis amator novitatem quaerens falsitatem invenit, docuitque quando asserit animam rationalem residere in sola glandula pineali, ad quam ut ipse vult omnes corporis nervi collimant nec ipsi eius fundamentum prodest, nimirum animae indivisibilitas, nam quamvis anima reponatur in sola glandula pineali adhuc in aliquo divisibili qd nollet Cartesius reponit, etenim nequit esse indivisibile illud ad qd tanquam ad propriam sedem omnes humani nervi, quae simul congenerantur collimant.

Art. 5um

Utrum una, an plures animae sint in homine admittendae

Plures ut solet in hac re inveni sententias. 1a est Aug. L. de haeresibus capite 46 est Manicheorum asserentium in homine duas animas esse unam bonam ex ipso Deo bono, alteram vero malam a carne progenitam, quarum una homines trahit ad bonum, altera vero ad malum: 2a Ebionitarum, quorum est Didimi in L. 3 de Spiritu S. dicunt esse in homine animam intellectivam unam, quam ille vocat Spiritum S. sensitivam aliam, quam animam dicunt; et huic opinioni sub iisdem fere terminis adhesit et Vichlefus duas et ipse docuit esse in homine animas alteram incorruptibilem, quam vocat spiritum, alteram corruptibilem, quam

animas appellat; 3.a quae a D. Thoma Platoni adscribitur contendit esse in homine tres animas essentialiter distinctas videlicet intellectivam, vegetativam, et sensitivam. 4.a quae est D. Thomae et omnium Scholasticorum unam tantum vult esse in homine animam intellectivam quae in virtute sensitivam continet, et vegetativam. His positis ut distinctius, clariusque procedamus, sit

Sectio, et Assertio 1.a

Manicheorum sententia de duplici anima in homine per consequens Didimi, et Viclephi est haeresis manifesta:

Probatur 1.o ex scripturis in quibus quandocumque mentio fit de anima hominis semper asseritur una, numquam multiplex, ut Ezechielis 18.o omnes animae meae sunt sicut anima Patris ita et anima filii: Psalmo 21.o Erue a framea Deus animam meam et de manu canis unicam meam, ubi specialiter nota hoc unicam

Probatur 2.o definitione 8.a Sinodi Oecumenicae actione X.a canone XI.o ubi dicitur: apparent quidam in tantum impietatis venisse, ut homines duas animas habere dogmatizare impudenter. Tales ergo impietatis inventores et similia sentientes impudentes, et novum Testamentum, omnesque Celsiores Patres unam animam rationalem habere hominem asseruerint, s. et universalis synodus anathematizat.

Sed ex Patribus, ex quibus duos tantum cito, cum omnes et adducta synodo huius sententiae impugnatores asserantur. Aug. scilicet et Gregorium Niss. 1.us libro de Ecclesiasticis Dogmatibus c.o 15.o in principio tomi 3.i ait neque duas animas esse dicimus in uno homine, sicut Jacobus, et alii Sirorum scribunt, unam animalem qua animetur corpus, et immixta sit sanguini et alteram spiritualem quae rationi ministret. sed dicimus unam, et eandem esse animam in homine, quae et corpus sua societate vivificet, et se metipsam sua ratione disponat. 2.us L.o de creatione hominis c.o 15.o in quibus quamvis sint tres dictae animae, sunt quidem tres dictae sed nemo existimet esse tres animas in mensura et perfecte unam sit anima.

Objicies cum Manicheis 1.o ad Galatas 5.o dicitur: caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: In quo textu arguere: Illi appetitus non sunt in anima, sed in eadem anima repugnant esse appetitus contrarii, ergo unus est appetitus animae sensitivus, rationalis alter ergo duplex in homine anima.

R. D. appetitum nomine carnis intelligere appetitum sensitivum, qui solet esse rebellis contra rationem iuxta illud ad Rom: 7.o Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae videretur aliam animam a ratione distinctam: Unde ad argumentum c.a ma n.o mi. Ana namque.

intellectum quantumvis una sit, tamen propter suam maximam perfectionem continet diversas potentias in diversis suis partibus, per consequens etiam diversos appetitus, quorum unus tendit in bonum sensibile, alter vero in bonum universale, et propterea contingit illos esse contrarios, sicut sol propter suam eminentiam [illegible] diversis causis secundis producit effectus diversos, et etiam contrarios, eodem modo etiam anima rationalis [illegible] diversis potentiis diversas, immo et contrarias causat in homine actiones

Obijcies 2º cum Didimo, et Vuijcklepho [illegible] ad Tessalonicenses 5º legitur; ut integer spiritus vester, et anima, et corpus in adventu Domini nostri Jesu Christi conservetur. Ex quo arguitur: Apostolus discernit inter spiritum et animam et corpus, sed corpus vere distinguitur ab anima, ergo et anima vere distinguitur a spiritu, sed nomine spiritus intelligitur anima intellectiva, ergo nomine animae intelligitur alia anima, quae nisi sensitiva esse nequit, ergo in homine duplex anima intellectiva una, sensitiva altera.

Respondeo de facto aliter legi 2ª Pauli Tessalon: 5º: Ad argumentum vero cum Beato Sylvio [illegible] subsumptum nam ut volunt Ireneus, Crisostomus, Hieronimus, Augustinus, aliique S. Patres nomine animae intelligitur anima intellectiva, nomine vero spiritus intelligitur ipse Spiritus S., et eius dona, quae communicat animae. Exhortatur enim ibi Apostolus Tessalonicenses abstinere ab omni specie mali, et in bono perseverare ut gratia Dei, quae etiam Spiritus S. passim in S. litteris vocatur, anima, et corpus integrum idest in dio [illegible] in ipsis servetur donec ad iudicandum eos veniat in ultimo vitae periodo Christus Jesus. D. vero Thomas sup. eundem locum lib. 2º docet eandem intellectivam partem vocari modo spiritum, modo animam: spiritum [illegible] operatur, quae independenter ab organo corporeo exercet, animam relate ad illas, quas mediis organis corporeis ponit: bona est et ista solutio, sed magis arridet 2ª mihi videtur, Veniendum ad alia

Sectio, et Assertio 2ª

Sententia Platonis admittentis in homine animas essentialiter distinctas intellectivam nempe, sensitivam, et vegetativam est maxime ad minus temeraria, dixi maxime temeraria tantum quamvis meo videri sit censenda heretica utpote ex diametro opposita definitioni ecumenicis [illegible]

sijndi declaravit unam solam animam rationalem esse in homine, ne irrationabiliter videar Ockamo et Paulo Veneto viris Catholicis plures in homine animas admittentibus.

Probatur ratione ex Sacrae Ecclesiae oraculo audienda, et 1°: Homo est unum compositum simpliciter, sed unius compositi una est forma substantialis, ergo hominis una est forma substantialis, sed anima rationalis ex fide est forma substantialis hominis, ergo una tantum est anima in homine quae est rationalis. Consule Bannes fol: 616.

Probatur 2° actus illi vitales, qui immediate cadunt sub intimam experientiam, sunt vitaliter ab illo principio, sub cuius immediatam experientiam cadunt, uti ex opposito actus illi, qui non cadunt sub experientiam alicuius principii vitalis non sunt vitaliter ab illo, sed omnes actus hominis cadunt sub intimam experientiam animae rationalis, ergo omnes actus hominis sunt vitaliter ab anima rationali, sed si hoc est superflue sunt in homine aliae animae, ergo cum nil Deus frustra faciat nova danda aliqua anima in homine ultra solam rationalem. Maior in bona philosophia negari non potest. Probatur, minor est certa, experitur tamen cadit sub animae rationalis experientiam sensatio, vegetatio, et si quae aliae sunt actus in homine ut cadit intellectio, ceteris vero hic positis [illegible].

Probatur 3° in morte Christi eius anima separata fuit a corpore, ergo anima sensitiva Christi mortua est vel non, si 1um concedis, sequitur, quod mors Christi fuit causa corruptionis alicuius animae in ipso, et quod dimiserit aliquid Verbum id, quod semel assumpsit, quae duo sunt absurda; si 2um dicatur, vel illa anima sensitiva mansit cum corpore, atque adeo corpus erat vivum etiam in sepulcro, vel separata fuit a corpore simul cum anima rationali, et tunc etiam anima sensitiva esset a corpore separabilis, atque adeo immortalis, quae duo non minus ac 1um absurda sunt, ergo una tantum rationalis anima est in homine.

Obijcies tot sunt in homine animae, quot sunt operationes specie diversae, sed tres sunt in homine ad minus operationes specie diversae, ergo tres animae ad minus sunt in homine; maior patet, quia per se patet diversitatem in operationibus diversitatem principiorum importare, minor est luce clarior, ergo. Bene.

Respondeo distinguendo maiorem tot sunt in homine animae in virtute, quot [illegible] concedo maiorem, [illegible] nego maiorem. Diversitas effectuum quidem semper et necessario indicat aequivalentiam unius principii ad plura, sed non semper realem diversitatem, et distinctionem principiorum, alioquin quaelibet causa aequi-voca diceretur esse in se multiplex, et a se realiter diversa, sic Deus deberet esse dicendus quot-cumque sunt eius operationes, pariter sol, qui in aquis vapores, in praxis herbas, in montibus aurum producit, qui illuminat, exsiccat, ac alias fere centum operationes diversas facit

si accentuplex esset, nihilo tamen minus quis est Deus admitit, que sunt eius operationes, est principium in sole realiter distinctum, quot eius actiones.

Dices, non tenent paritates, quia ingens reuertatur. Probatur: In deo virtus eius in creando est impossibilis identitas cum virtute omnino intelligendi, et ipsius dirae de sole, sed in homine impossibile est quod anima rationalis sit identica cum sensitiva, quia et. post nisi anima rationalis est immortalis, sensitiua mortalis, sed inter immortale, et mortale non datur identitas, ergo et.

Sed contra negatur, ad probationem concedo maiorem, nego minorem, et ad huius probationem distinguo maiorem, anima sensitiva in brutis est mortalis concedo maiorem in homine nego maiorem et concedo minorem nego consequentiam. Anima sensitiua in homine est ipsa met anima rationalis, unde ergo ipsa, ac rationalis est immortalis, considerens esse requirit essentialiter tale, et non tale.

Instabis hoc falso supponi, et non probari. Ut obiectione ac obtinere sit

Sectio, et Assertio 3.a

Anima rationalis continet in se sensitiuam, et vegetatiuam formaliter, et eminenter, quod primo genere probatur unum exige.

Monitum

Unum aliud continere stat tripliciter. 1.o formaliter tantum 2.o virtualiter tantum 3.o formaliter, et virtualiter. 1.o modo continere est in se habere illas proprietates, quae est in alio, tam quo ad perfectionem, quam quo ad imperfectionem, hoc modo calidum continet calorem, album albedinem. 2.o modo est habere in se virtutem producendi illos effectus, qui ab alio formaliter producuntur, ita ignis continet virtualiter calorem, qui formaliter continetur in calido. 3.o modo est unum habere quod habet alterum, quo ad perfectionem formalem illius, sine limitatione et restrictione propria perfectionis innumerae in altiori perfectione, et modo hoc contingit quando res aliqua in sua formali et propria constitutione habet id quod habet inferior res, sed modo tali ut illa perfectio rei inferioris non iungitur propria altiori, et eminenti-ori esse, et hoc pacto omnes creaturarum perfectiones in Deo habentur; et inferior numerus in maiori continetur. Unde

Probatur. Assertio 2a. Anima rationalis ut ait D. Thomas se habet ad sensitivam et vegetativam sicut se habet numerus et figura, sed maior numerus et figura continet in se minorem formaliter et eminenter, ergo etiam rationalis anima vegetativam et sensitivam.

Probatur 2o. Homo est unum quiddam constitutum formaliter per unionem in ratione intellectivi, sensitivi et vegetativi, ergo ex unica parte substantiali homini forma una, tantum enim potest cuiuslibet compositi una tantum esse forma substantialis, ex alia hac una debet habere formaliter rationem, et ut pro sit, quod homo formaliter per unionem ipsius constitutus, sed constituamus hoc formaliter per unionem esse sensitivum et vegetativum, ergo id ipsum quaeque sit formaliter ratione huiusmodi formae, et qui ipsius formae ex fide est et quidem unica anima rationalis, ergo haec anima rationalis esse intellectivam, sensitivam et vegetativam, sed non formaliter tantum, non tamen negari habere imperfectiones rei materialis, neque virtualiter, non unitatis, quod habet proprio modo hoc est formaliter eminenter.

Obiicies haec formaliter et per se est sensitivus et vegetativus, sed continentia virtualis non sufficit ad hanc definitionem ergo: Probatur minor sol virtualiter continet formas rerum inferiorum. Sed haec continentia non sufficit ut sol dicatur triticum, lapides, aurum etc., ergo nec illa animae rationalis ergo nulla assertio.

Respondeo negando minorem et cuius probationem distinguo minorem per modum causae efficientis concedo minorem, per modum causae formalis nego minorem, et sic distincta minore nego consequentiam. Maximum discrimen intercedit inter animam rationalem et solem, sol etenim continet virtualiter tantum formas rerum inferiorum et in genere causae efficientis, quatenus virtutem habet ad illas in actu suas causas ponendas, quae propter virtualis solis continentia non fit dare soli esse, et denominationes rerum formaliter. At anima rationalis continet in virtute sensitivam et vegetativam in genere causae formalis et per ordinem ad materiam, quam informat, et hac ratione in eodem genere causae formalis praebet composito esse sensitivum et vegetativum, et ut utar verbis D. Thomae anima rationalis continet actu vitae sensitivam et vegetativam sicut continet quadrangulus triangulum, certum est enim quod quadrangulus continet triangulum per modum causae formalis, videlicet in ordine ad subiectum, cuius est figura.

Articulus 6us

Anima dicitur realiter manere vivens in foetu humano

Non disputatur hic utrum anima rationalis, quae eminenter formaliter in se sensitivam continet et

vegetativum in foetum veniens introducatur; prius scilicet pro ut est vegetativa, et nil ultra, pro ut deinde etiam sensitiva est, et demum etiam ut rationalis; nam cum propter eminentiam formalem in homine rationalis anima identice sit etiam vegetativa et sensibilis, per consequens una tantum formaliter tamen distincta et non plures res, seu formae, manifestum est successive introduci, ideoque in hoc sensu loqui non intendo, licet priorum exemplo habeam bene uno in hoc alio pariter utrumque in humanum foetum prius introducatur anima, quae mere in se et realiter sit vegetativa, deinde dispositio foetus generans hanc ad sensitivam alteram accedat, quae vegetativa sit, et sensitiva priori destructa, cum duplex anima in eodem composito esse nequeat, unius enim compositi una tantum est substantialis forma. Secundum per hanc aliam dispositio foetus ad operationes rationales corrupta 2a adveniat rationalis anima, quae cum eminenter formaliter vegetativam et sensitivam contineat, peragat in humano foetu, et quidquid peragebat priores animae et proprias rationales operationes. Huic opinioni, cui adhaerere videtur etiam D. Thomas 2a p. q. 118 A. 2. ad 2um objectum profecto acquiesco, immo

Assero in foetum humanum prius introduci animam, quae sit mere vegetativa, eiusdem producta, alteram, quae vegetativa simul sit, et sensitiva, et demum hanc 2am corrupta rationalem eminenter formaliter vegetativam et sensitivam continentem.

Probatur. videmus dum asserere foetum in utero materno existentem prius arborem esse, deinde esse arboris beluam esse, demum hoc esse destructo hominem evadere, sed hoc sequitur in hac, quam impugno sententia; ergo haec quam impugno sententia falsa est. Prima quis enim sibi persuadere potest, prius arborem fuisse, deinde beluam ac tandem hominem evasisse. Probatur quam Ecclesia in rituali Romano edito iussu Pauli 5. praecipit absolute etiam sine conditione baptizari quemlibet foetum, qui gerat moles figuram vel etiam pura belua, merum animal mostrum edit, quod nisi haec sententia sit falsa dicendum esset Ecclesiam praecipere absolute, et sine conditione baptizari beluam, quod ait ipsi Adversarii judicent, si valet istud. Minor ad mi: foetus ille est mere arbor, quia habet solam animam arboribus competentem, illud vero mere animal aut belua, quia solam habet animam beluis convenientem, sed in sententia, quam impugno humanum foetum habere

solas enim vegetativas competentes arboribus, tractu deinde temporis solas sensitivas continentes etiam vegetativas, ac tandem rationales utramque continentes, ergo fœtus humanus in principio arbor esset, belua deinde, ac tractu demum temporis homo.

Confirmatur. si quæ esset ratio, quare ordine dicto anima humana fœtus esset maxime quia dantur in fœtu paulatim organa disposita ad operationes animæ, prius scilicet organa ad vegetandum, deinde ad sentiendum et vegetandum simul, 3.º ad ratiocinandum, sentiendum ac vegetandum. sed hæc ratio nulla est. ergo. probatur minor vel considerantur actus rationales vel quicumque actus vitales, si primum quidquid dicatur ex vitio nullum est. ergo. probatur 2.º si 2.um dicatur. ergo non nisi post septem annos a nativitate infunditur anima rationalis sicque omnes qui infantia baptizantur dum adhuc sunt meræ beluæ, si 2.um anima rationalis habet statim in fœtu operationes proprias vitæ vegetativæ quibus efformat perficitque organa ad sentiendum et discurrendum necessaria. ergo si considerentur quicumque actus vitales falsum est in fœtu non adesse organa opportuna ad actus rationales animæ, nam desunt huiusmodi actus vitæ proprii animæ rationalis, quæ identice est vegetativa.

Objicies 1.º anima rationalis non debet infundi in fœtu, qui sit adhuc indifferens ad esse hominis vel beluæ, sed fœtus dum 1.º vivit in utero materno indifferens est ad esse hominis vel beluæ, ergo. probatur minor aliquando enim a mulieribus generantur monstra, ergo fœtus in utero materno existens licet ut plurimum sortiatur humanum esse, indifferens ad esse hominis vel beluæ, sed fœtus sit indifferens et vivens dicendus non est informatus anima rationali. ergo.

Respondeo. concedo quod alii tantum committunt maiorem, et nos suppositum minoris; supponit enim fœtum vivere, et esse indifferens ad esse hominis vel beluæ, quod est omnino falsum, nam si nimirum non habet rationalem animam habet saltem vegetativam, sicque est arbor, arbor autem non est indifferens ad esse hominis vel beluæ, si vero habet sensitivam animam est belua, belua vero non est indifferens ad esse hominis, si vero habet rationalem ut de facto habet iam est homo, et sic non est indifferens: si vero adhuc nullam habet animam dico vel habet inchoatum membrum humani corporis, vel habet inchoatum membrum bruti; si 1.um non est indifferens ad esse hominis naturaliter enim postulat rationalem animam, si 2.um pariter non est indifferens ad esse beluæ, naturaliter enim postulat animam bruti complementum, quod si aliquando monstra meræ bruta generentur a mulieribus, hoc non ex indifferentia fœtus provenit, sed ex a qualitate generantis, et virtutis matris, a quibus non homini rudimentum efformatur. sed beluæ

Objicies 2.º est ordo naturalis gradatim omnia reducens de potentia ad actum, ergo gradatim animatur foetus ordine dicto: Auctoritate a Phil. L.º de gener. animalium c.º 3.º et a D. Th. p.ª 1.ª q.ª 118. A.º 2.º dicente videmus quod in generatione animalis prius generatur animal quam homo vel equus

R.º dist.º ant. ordo naturalis et in hijs, quae pendent ex in potentia a natura c.º ant. in hijs quae pendent in potentia a solo Deo n.º ant. et cons. Natura in ijs, quae sua sunt profecto gradatim procedit ut in humani corporis efformatione, est in animatione non, haec enim loquendo de homine non a natura sed a Deo habetur. Ad Auct. Arist. illam facillime n.º eam D. Tho. quam et ipse legis, ut loquendo naturali haec incidenter dixisse loco citato ubi agit: Utrum semen sit de superfluo alimenti: Recedere non timeo, etiamsi haec assumendo diceret omnia tamen ipsemet sit mihi propitius in illum diem quo illi adversus in scholis, animo tamen depresso non recedendi, nisi dato evidenti fundamento, ut in hac parte

Objicies ultimo Ius canonicum et civile graviori poena plectit procurantes abortum vivis transactis diebus a conceptione, mitiori vero statim, vel post paucos dies ergo statim animatur foetus, sed non statim anima rationali, dicitur non statim anima rationali, attenta dispositione iuris canonici, et civilis, at statim dicendum, quia statim a conceptione foetus efformatur, incrementum recipit, quod signum manifestum est alicuius animae, non in foetu, sed non rationalis

R.º ad ant. talem dispositionem iuris respiciendo ad diversas Philosophorum sententias pro tempore animationis foetus, unde cum non statim animetur foetus, eadem poena punitur procurans abortum statim, et ille qui hoc praestat aliquo elapso tempore. At vero doctrinam dico foetus efformari non ab intrinseca virtute ipsius, sed ipsum dicatur vel de 2.º membrorum rudimento, vel a virtute nutritiva matris, hinc foetus efformatio non est signum manifestum, immo nullum est signum alicuius animae in illo.

Quaeres hic quo tempore animetur foetus humanus

R.º variae, variis sentire. Aquarius enim c.º 25.º numero 24.º, et nonnulli alij non pauci cum Arist. L.º 5.º animalium c.º 3.º et 9.º, putant masculum animari die 40.º, foeminam vero die 80.º Hippocrates vero L.º de natura foetus cuius sententia tenetur infallibiliter